CAROLI A LINNÉ, M. D.
EQUITIS AURATI DE STELLA POLARI, ARCHIATRI REGIS SUECIÆ.
ACADD. SCIENT. FERE OMNIUM MEMBRI, FUNDI
HAMMARBY DOMINI, REL.

TERMINI BOTANICI
CLASSIUM METHODI SEXUALIS
GENERUMQUE PLANTARUM CHARACTERES COMPENDIOSI

RECUDI CUM INTERPRETATIONE GERMANICA
DEFINITIONUM TERMINORUM CURAVIT

PAULUS DIETERICUS GISEKE M. D.
PHYS. PROF. IN GYMNASIO HAMB. ET BIBLIOTHECAR. SECUNDUS,
INSTITUTI REGII HISTORIARUM GOETTING.
ET SOCIET. ELECTOR. LIPS. SODALIS.

EDITIONI HUIC ALTERI ACCESSERUNT

FRAGMENTA ORDINUM NATURALIUM LINNÆI,

NOMINA GERMANICA *PLANERI* GENERUM,
GALLICA ET ANGLICA TERMINORUM,
ET INDICES.

HAMBURGI
SUMPTIBUS B. CHR. HEROLDI VIDUÆ
EXCUDIT CAR. WILH. MEYN
MDCCLXXXVII.

ILLUSTRI ELECTORALI

SOCIETATI

ŒCONOMICÆ

QUÆ LIPSIÆ FLORET

UT GRATUM ANIMUM TESTETUR

QUOD INTER EJUS SODALES RECEPTUS EST

QUUM ALIO MODO NON POSSIT

LIBELLUM HUNC

D. D. D.

AUCTOR.



PRÆFATIO.

Quod in priore hujus libelli editione vix exſpectaſſem, factum tamen eſt, ut nempe mites amicique cenſores mihi, opellæ vero ſat avidi emtores contingerent. Quare exemplis illius venditis, Bibliopola amicus, qui in eam ſumtus impenderat, indicavit, ſe iterum prelo ſubjecturum fore librum, cui ſi acceſſiones & emendationes paratas haberem, adderentur illæ. Aliquoties eo in tradenda Botanica uſus, plura vidi, quibus utilior reddi poſſet, quæ hic enumeranda ſunt, non vanitatis, ſed recti uſus gratia.

Primo quidem, quum tironibus unice dicatus ſit, defectus *Indicis* Terminorum moleſtus erat, quippe ignorabant ſimul cum ſignificatu termini, ſub qua diviſione illum quærerent? quem ergo utraque in lingua hic adjeci. Germanicum quidem debent (ante biennium jam conſcriptum) Cl. *Oberdörfero*, jam Pharmacopæo apud nos dexterrimo, cui ego numeros tantum adſcripſi. *Latino* aliquot terminos Gallicæ Anglicæque linguæ addidi, ſed proprios tantum, quum utriusque gentis Botanici, cum Linnæi ſyſtemate ejus vocabula adoptantes, pleraque flexione ſola in ſuum idioma tranſtulerunt. Potuiſſet, fateor, hæc indicis pars magis extendi, ſed partim otium defuit mihi ad ſingula ex-

 cerpenda,

corpenda, partim minus necessarium duxi, quum qui v. c. Aubletii descriptiones gallicas legere sustinet, tanta jam peritia instructus habendus sit, ut facile ejusmodi subsidio careat. Ea ergo, quæ flexione tantum gallica sunt vel anglica, sub latina voce quæras, a qua orta sunt.

Alterum erat *Orthotonia*, cui si non a teneris, ut ajunt, unguiculis assuescas, raro adultus Botanicus, certe non sine crebra hallucinatione, dicto-audiens ei fies. Hic vero nata est difficultas, quæ per annum fere editionem remorata est. Non aderant scilicet *typi, lineolis istis insigniti,* quibus indicamus, num syllaba producenda sit an corripienda? in ulla officina typographica Hamburgensi, nec, (quod mireris) aliter, nisi ad hunc finem diserte formis expressi, obtineri poterant. Quorum dein aliunde emtorum impensas quum præter reliquas fecerit Cl. *Herold*, Bibliopola, meum est eidem gratum testari animum, quod mihi per eum licuit, genio indulgere; lectores, qui utilitatem inde percipient, scio gratias ipsi habituros. Ita vero iis usus sum, ut in *prima parte* Terminum quemque, ubi primum occurrit, signarem, dein non amplius, quum nec definitionem repetivi, sed ad eum locum ablegavi, ubi ea exstet. Nec syllabas positione longas, nec quæ vocalem ante vocalem habet signavi, quum illæ, vel ab ignorantibus regulas raro corripiantur; hæ vero semper breves sint, nisi e græco diphthongo ortæ, atque tunc signavi etiam has; nec aliam nisi penultimam, quum hæc in pronunciando vocabulum maxime audiatur.

In *altera* vero *parte* tum origo nominum si græca erat, interdum me duxit, tum si latina, Metrum Poetarum, in quo inquirendo casu olim obvius liber *Olai Borrichii**) multum

---

*) *Ol. Borrichii Lingua Pharmacopoeorum, s. de accurata vocabulorum in Pharmacopoliis usitatorum pronunciatione,* Hafn. 1670. 4. ubi exemplis Poeta-

tum me juvit. Sed ubi Poetarum auctoritas me deſeruit aut in græco nomine vocalis anceps hæſitantem reliquit, Analogiam ſecutus ſum cujus pauca exempla proponere liceat, ne cui inſolens videar.

Sic COMĀRUM produxi, ob *amārum*
SOLĀNUM
NOLĀNA
PEUCEDĀNUM
LANTĀNA } — — *montānus* *)
SARĀCAM —— ad *analogiam Securidāca*
Excipiendus PLATANUS, quum Romani? id corripuere.
DATŪRA producitur ad Analogiam; *Natūra*
Corripiuntur vero GUAJĂCUM, EXĂCUM, ad Analogiam: AMARĂCUS.
— ——— POLYGŎNUM, CHRYSOGŎNUM ex græco γονυ.

Pauca ſignavi, in quibus non bene conſtat, quomodo pronuncientur, ut *Bucida*, *Samyda*. Omnia vero in *i a* & *i u m* deſinentia brevia ſunt, nec unquam audivi aliquem pronunciaſſe BOERHAAVĬA, REAUMURĬA &c. quare in his ubique ea ſigna omiſi. Contra, omnia in *ea* exeuntia producuntur, quaſi e græcis adjectivis in *εια* deriventur, ut CENTAURĒA quaſi Κενταυρεια, & ſic porro; ſola *Forskohlea* excepta, quum a nomine Botanici dicta ſit. Nec ubi diphthongum penultima habet, longam eſſe indicavi, quum id fere cuique notum ſit.

 Dein

Poetarum ſyllabarum quantitatem probat; qui utiliſſimus in hunc finem liber pene oblivioni traditus eſt, meliorque quam *Smetii* Proſodia, quæ pauca hujusmodi exempla habet.

*) Verſimile enim mihi eſt *Solani* vocem eodem modo a Solo derivatum eſſe, quo a Monte *montanum*, quippe ſub ſolo naſcatur quæ comedatur pars Solani tuberoſi (quam ſpeciem primum credo hoc nomen ſortitum eſſe). In reliquis hoc quidem locum non habet; & Peucedanum e græco accentu, ſi lubet, corripi poteſt.

Dein huic editioni addidi *nomina Germanica Generum* Planeri, ut quantum hac opella fieri possit, magis etiam eorum usus divulgetur. Id enim solum hactenus improbi laboris præmium est, quod Cl. ille vir tulit, qui incredibili solertia ingenioque Linnæum imitatus est, quod pluribus alio loco probavi. Quum enim tantus dissensus ad id tempus usque in nominibus vernaculis Generum fuerit, ut nulla memoria iis capiendis retinendisque sufficeret, dum Ille Linnæi Genera Plantarum germanice versa dedisset, eaque, quibus Is latina reddidit, passim jam adhibeantur *): non citius putavi ea ulterius innotescere posse, quam si statim cum latino sub examine characteris memoriæ tironis, sponte quasi, mandentur. Aliqua enim appellatione standum est, nec video cur non potius iis, quas ille sancivit, quum omnia a Linnæo descripta genera comprehendat, quam aliis, pro cujusque lubitu diversis, utamur? Perinde enim res se mihi hic habere videtur, ut olim in primis operum Linnæi ipsius editionibus, cujus nomina, licet initio paucis probata, paulatim tamen ab omnibus universi Orbis Botanicis recepta sunt. Quidni & a solis Germanis popularis sui nomina recipiantur? Neque enim hæc ideo ficta sunt, ut provinciarum singularum nomina *in iis* deleant, æque minus atque olim Linnæana ad Pharmacopoliorum delenda; sed ut fixum quoddam sit cuique plantæ, quo audito statim scias systematicum latinum, quod quam commodum sit, non eget explicatione. Hanc ob causam solicite nihil mutavi, ne in paucis iis quidem, ubi alia optassem, præter *Cneorum*, ut suo loco indicavi. Ubi enim duo nomina exstant, alterum ( ) inclusum Planeri est, alterum aliud quod prætuli.

Aliud simul ob oculos habui, dum germancia nomina in iis omisi, qui a propriis Botanicorum nominbus dicta sunt.

---

*) Ut in Cl. Zorn utilissimo opere: Icones Plantarum officinalium.

ſunt. Licet enim nihil ſpatii id occupaſſet, melius tamen oculos ferit, ſi primo obtutu ſpectas, quodnam nomen proprium ſit? quum inſuper germanice præter terminationem cum latino idem ſonat. Aliqua tamen, quæ faciem propriorum gerunt, nec vere ſunt, parentheſi incluſi, & in *Euphorbia* notiſſimum vernaculum ſubſtitui. Excipienda tamen ex his ſunt nova Cel. *Thunbergii* genera quibus loco numeri punct præponuntur (...) neca præp. ulli eorum ſive e propriis nominibus ſint facta, ſive minus, germanicum additum eſt.

Ut porro eadem opera, quantum fieri poſſet, tirones inutili quærendi onere levarem, ſimul patriæ plantas familiares magis redderem (Germanus enim Germanis præcipue hoc ſcripſi): iis aſteriſcum (*) præfixi numeris generum, quorum aliqua ſaltem ſpecies in Germania certo creſcit, cui tamen Helvetiam jungere viſum eſt. Jam ſi quis rediens ab excurſu in agrum plantas examinat, reperta Claſſe & Ordine non niſi ea perluſtrare Genera ipſi opus eſt, quibus aſteriſcum videt præfixum. Si vero in horto ſtirpes collegerit, quas exoticas eſſe noverit, contrarium faciet. Sed cautus hic fui, omittendo etiam frequentiſſimas hortorum plantas, niſi certo mihi conſtaret quandam ſpeciem ejus generis in aliqua parte Germaniæ ſpontæ provenire, ut Roremmarinum, Narciſſum, & alia, quæ non ſignavi. Non enim tantum tædii creabit inquirenti, ſi fruſtra inter germanicas quæſivit plantam, & dein ejusdem paginæ genera pro exoticis a me poſita perluſtrare opus eſt, quantum ſi pro indigena habuiſſet, quæ non eſt. Idem vidi Cl. *Eſperum* in ſua Syſtematis Naturæ Compendio germanice edito cum ſpeciebus feciſſe, poſtquam jam meum opuſculum fere abſolveram, quod, ut dixi ſupra, ex parte jam ante biennium ultimam modo exſpectavit limam. At Arbores, licet peregrinæ originis eſſent, ideo tamen inter ſpontaneas enumeravi, quia cultæ dudum ſunt; & frequentius cultas herbarum (*) ſignavi, licet proprie non ſponta-

 neas

neas, ut *Crocum*, *Secale* & alia. Nullo tamen modo *speciem* assignare licuit, *quæ indigena ista sit?* quum ad eas investigandas Systemate Naturæ Linnæi utique opus sit.

Exscripta sunt ea nomina ex Cl. Murray Edit. ejus XIV. quare & nova *Supplementi* & *Thunbergii* Genera illis inserta sunt, ne quid desit, quamvis parum spei sit, illos, quibus dicatur opusculum, ea genera visuros esse, quo usque hoc solo ipsis utendum est.

Quas ab amicissimo & perspicacissimo *Vahlio* dum redux ex egregio itinere botanico me ineunte anno 1786. inviseret, accepi notas exoticis in Generibus, cum ejus venia inserui, qui *αὐτόπτης* fuit, adeoque judex maxime competens.

Tandem & Linnæi *Ordinum naturalium Fragmenta* libello adjeci, ut si quis eo utens Professor velit, dicere de iis posset. Non tamen ea ita, ut *Generum* VI. editio habet, protrusi, sed simul, quæ in *Mantissis* indicata sunt, & e *Supplemento* manifestiora, interposito Asterisco, singulo ordini subjeci. Nec aliter aut volui aut potui facere. Hæc enim omittere nefas, singula vero genera suo loco inserere tironibus parum utile, provectioribus alienum visum fuisset; nec sine magna difficultate fieri potuisset, quum in quibusdam in aperto esset, cui proxima sint? in aliis minime. Id alii operæ servatur. In *Miscellaneis* cum paucis tentavi affinitatem conjicere. *Dubiorum* vero indicem omnino describi oportuit.

Animus quidem fuit, Historiam literariam eorum addere, qui de Terminis scripsere; sed ne nimium increscat præfatio, nomine tenus tantum aliqua delibare licet. *Hier. Tragus* primus fuisse videtur, qui de herbarum nomenclaturis egerit apud Brunsfelsium T. I. fol 1531. sed eam editionem non vidi, credoque hoc ill. *Halleri* effatum potius ad nomina generica pertinere.

Leonhardus autem *Fuchsius* in sua plantarum Historia Tub. 1542. fol. definitiones dedit terminorum proprie dicto-

dictorum, easque ut a doctiſſimo viro exſpectes bonas. Multum quoque in iis, ut in Botanica generatim, laboravit *Joach. Jungius* circa annos 1640. - 1657. quod ejus poſthuma teſtantur Iſagoge phytoſcopica & Doxoſcopiæ phyſicæ minores.

Hunc magni fecit Jo. Rajus, qui primæ Floræ Cantabrigiæ editioni 1660. 8. addidit terminorum explicationes; una cum nominum genericorum Etymologiis; aliis additis priores auctos præfixit etiam Hiſtoriæ ſuæ Plantarum Tomo I. Londini 1686. fol.

Sui Syſtematis vocabula expoſuit etiam Jos. Pitton de Tournefort in Inſtitutionibus Rei herb. Pariſ. 1694. 8.

Sed quum Car. Linnæus Botanicam reformaret, multos novos introduxit terminos, e Rei ruſticæ Scriptoribus Romanis, Plinio, & Poetis ſumtos, ſed oblivioni traditos; quibus ſingulis certam ſignificationem affixit, quos in Philoſophia botanica a. 1751. demum explicavit, dein excerpſit & peculiari Diſſertatione Reſp. *Jo. Elmgren* Upſaliæ 1762. definivit, inſerta Amoenit. acad. Vol. VI. p. 217. (numeris 673) quæ poſtea nude h. e. ſine ulteriori explicatione recuſa eſt auctore Cl. *Jo. Beckmanno*, Lipſ. 1767. 8. (numeris 707; ſed deeſt *Qualitas*); cum explicatione vero & figuris a clariſſ. viris Frsco. Xav. Lippio, in Enchiridio botanico Vindob. 1766. 8. & Car Frid. Reuss in Compendio Botanices Tubingæ 1774. 8. cum terminorum (non *definitionum* *)) *germanica* interpretatione, recuſum & auctum ibid. 1784. quæ ex parte a Cl. Carl Fried. Diete-

*) Hoc enim Ejus opus a meo libello differt, quod Is *latine* terminos *explicaverit*, ego vero germanice; neque nego Ejus librum ob exempla & figuras meo præſtare, tantum abeſt, ut illas rejicerem; attamen alterutrum addere dubitavi ob rationes in Imæ edit. Præfatione indicatas. Quare non eſt, cur in ſecunda editione Cl. vir *mihi placuiſſe* ſcribat, *Ipſius terminos recudendos* curare, ac ſi plagiatium égiſſem, quod tamen ſola inſpectio refutat.

Dieterich in *Anfangsgründen der Pflanzenkenntniss* Lipf. 1775. & in edit. IIda ib. 1785. 8. etiam data eft.

Gallice eos explicarunt Dalibard in Flora Parifienfi Par. 1749. 12. & Pet. Jos. Buchoz in *Dictionaire de Botanique* ib. Tomo IV. 1771. 12. Optime vero in *Encyclopédie rangée par ordre des Matières par Mr. le Chevalier* de Lamark, ib. 178 . 4.

Anglice in verfione Philofophiæ botanicæ prodierunt, quæ nomen bene meriti hortulani, *Lee*, præfefert, revera autem facta eft a Sir John Ayles Styles, qui latere maluit, Lond. . . . Inferta quoque eft explicatio eorum Tomo II. Syftematis Vegetabilis Cel. Jo. Hillii Lond. 1761. fol. cum figuris. Sed data opera a Joh. Berkenhout in *Clavi Anglica linguæ botanicæ, or a botanical Lexicon &c.* Lond. 1764. 8. min. & Colin Milne in *botanical Dictionary or Elements of fyftematic & philofophical Botany*, ibid. 1770 8. opufculo parum in Germania noto, at omnium, hujus generis quotquot novi optimo. Termini ipfi foli ex illa Upfalienfi Differtatione recufi funt Edimburgi, fed annum ignoro.

Suecica vocabula quædam adjecta funt eidem primæ editioni ejusdem Differtationis.

Hæc fere funt, quæ Lectores monenda putavi. Si DEO O. M vifum erit fanitatem cum vita continuare, poft unum alterumve annum Terminos *Zoologiæ* pari modo excerpere conftitui, nifi quis interea locum occupat.

Dab. Hamb. d. 4. Jan. 1787.



Vorrede



Vorrede.

Was ich bey der ersten Ausgabe dieses Werks kaum erwartete, nämlich gelinde und freundschaftliche Richter zu finden, ist mir dennoch wiederfahren, und die Auflage bald genug vergriffen worden. Daher zeigte mir der Verleger an, daſs er willens wäre, eine neue zu machen, und fragte, ob ich Verbesserungen und Zusätze dazu hätte? Da ich einigemal es bey meinen Vorlesungen über die Botanik gebraucht hatte: so hatte ich manches gefunden, wodurch es brauchbarer werden könnte, welches hier, nicht aus Eitelkeit, sondern um das Buch selbst recht zu gebrauchen, angezeigt werden muſs.

Da das Werk blos für Anfänger bestimmt ist: so war zuförderst der Mangel eines *Registers* der Kunstwörter ihnen sehr beschwerlich, weil sie so wenig wuſsten, unter welcher Abtheilung sie ein jedes derselben suchen solten, als was es bedeute? deswegen hier ein lateinisches und teutsches beygefügt ist. Das teutsche (das schon vor 2 Jahren geschrieben worden) habe ich dem hiesigen sehr geschickten Apotheker Herrn *Oberdörfer* zu danken, wo ich nur die Zahlen beygesetzt habe. Bey dem *lateinischen* habe ich einige *französische* und *englische* Kunstwörter gesetzt, aber nur die jeder dieser Sprachen eignen, weil die Botaniker beider Nationen zugleich mit dem Linnäischen System dessen Kunstwörter annahmen, und die meisten nur durch die veränderte Endigung in ihre Sprache übertrugen. Dieser Theil des Registers hätte freylich vollständiger gemacht werden können, theils aber war mir die Zeit zu kurz bey andern Geschäften während des Drucks mehrere aufzusuchen, und theils hielt ich es nicht sehr nöthig, da derjenige, der z. E. Aublets *französische* Beschreibungen zu lesen unternimmt, schon so weit seyn muſs, daſs er dergleichen Hülfsmittel nicht brauche. Die Kunstwörter also,

 die

die blos der Endigung nach französisch oder englisch sind, muss man unter dem lateinischen suchen, von dem sie gemacht sind.

Das nächste was der ersten Auflage fehlte, war die *richtige Aussprache*. Wenn man diese nicht in der ersten Jugend lernt: so wird man in spätern Jahren sich schwerlich daran gewöhnen, wenigstens nicht ohne öfters anzustoßen. Hiebey entstand aber eine Schwierigkeit, welche die Ausgabe fast ein ganzes Jahr verzögerte. Es waren nämlich in keiner einzigen Hamburgischen Druckerey die Lettern mit den Zeichen der langen oder kurzen Sylbe vorhanden, und hätten dazu erst eigentlich müssen gegossen werden, wenn nicht mein freundschaftlicher Verleger, der jüngere *Herr Herold*, sie anderswoher angeschaft hätte, dem ich dafür danke, dass ich meinen Wunsch, die Aussprache anzugeben, erfüllen konnte, so wie ich versichert bin, dass die Leser, die den Nutzen davon einsehen, es ihm auch Dank wissen werden. Diese hab ich nun so gebraucht, dass ich im *ersten* Theil jedes lateinische Kunstwort, da wo es zum erstenmale vorkommt bezeichnete, die folgendenmale aber auf die erste Stelle verwies; so wie denn auch dessen Erklärung nicht wiederhohlt ist. Doch habe ich weder die Sylben, die durch die *Position* lang sind, noch die, wo ein Vocal vor dem andern steht, bezeichnet, da jene selten, auch von denen, die die Regeln der Aussprache nicht wissen, kurz ausgesprochen werden; die letztern aber allemal kurz sind, wenn sie nicht von einem Doppellaut im Griechischen abstammen, in dem Fall aber hab ich sie bezeichnet; überhaupt aber keine andere Sylbe, als *die vorletzte*, da diese bey der Aussprache des Worts am meisten ins Ohr fällt.

Im *zweyten* Theile leitete mich der Ursprung der Namen, wenn sie griechisch, oder das Sylbenmaass der Dichter, wenn sie lateinisch waren, in beiden half mir sehr ein Werk des *Olaus Borrichius**), das ich ehedem zufällig traf. Wenn aber die Auctorität der Dichter mir fehlte, oder ein Lautbuchstab im Griechischen zweifelhaft war: folgte ich der Analogie, davon ich einige Beyspiele anführen muss, damit ich nicht das Ansehen habe, Neuerungen zu machen.

So

---

*) Ein fast vergessenes, aber hiezu sehr brauchbares Werk, besser als *Smetii* (sonst gute) Prosodia, worin nur wenig Exempel dieser Art vorkommen. Der Titel heisst: *Olai Borrichii Lingua Pharmacopoeorum, s. de accurata vocabulorum in Pharmacopoliis usitatorum pronunciatione.* Hafn. 1670. 4. Er beweiset darin die Aussprache mit Beyspielen aus Dichtern in beiden Sprachen.

So ist *lang* auszusprechen

COMĀRUM weil man spricht *amārum*
SOLĀNUM }
NOLĀNA }
PEUCEDĀNUM } — — *montānus* *)
LANTĀNA }
SARĀCA — — *Securidāca*
Ausgenommen PLATANUS, welches kurz ist.
DATŪRA weil man spricht *Natūra*
Kurz hingegen sind GUAJĂCUM, EXĂCUM, wie AMARĂCUS (Virg. Æn I. 693.)
— —— — POLYGŎNUM, CHRYSOGŎNUM vom griechischen γόνυ.

Einige wenige, von denen nicht recht bekannt ist, wie sie müssen ausgesprochen werden? hab ich nach Gutdünken bezeichnet, z. E. *Bucida*, *Samyda*. Alle Namen aber, die in *i a* und *i u m* ausgehen, sind kurz, und nie hab ich jemanden BOERHAAVĬA, REAUMURĬA &c. sagen gehöret, daher ich bey diesen die Zeichen weggelassen. Hingegen sind alle, die sich auf *ea* und *eum* endigen *lang:* als wenn sie von griechischen Beywörtern in *εια* herkämen z. E. CENTAURĒA Κενταυρεια, u. s. f. das einzige *Forskohlea* ausgenommen, da sie vom Namen eines Botanikers genannt ist. Wenn die vorletzte Sylbe einen Doppellaut hat, hab ich nicht angezeigt, daſs sie lang sey, weil dies beynahe jeder weiſs.

Ich habe ferner dieser Ausgabe *die teutschen Gattungsnamen von Herrn* PLANER zugesetzt, um den Gebrauch derselben, soviel durch dieses Buch es möglich war, allgemeiner zu machen. Denn dies ist bisher die einzige Belohnung für die saure Arbeit dieses Mannes (da noch keine neue Gattung nach ihm genannt ist), der mit unglaublichem Fleiſs und Geiste LINNE in Bildung der Namen nachgeahmt hat, wie ich an einem andern Orte umständlicher bewiesen habe. Denn da eine so groſse Verschiedenheit in den teutschen Gattungsnamen war (von denen der *Arten* nichts zu erwähnen) daſs kein

*) Mir ist wahrscheinlich, daſs der Name *Solanum* eben so von Solum, wie von Mons *montanus* herkomme, da der eſsbare Theil von Solanum tuberosum (der Cartoffeln) unter der Erde wächst (sub Solo); und vielleicht diese Art zuerst den Gattungsnamen erhalten hat. Diese Ableitung findet aber bey den übrigen nicht statt, und *Peucedanum* kan nach dem griechischen Accent allenfalls kurz ausgesprochen werden.

Gedächtniſs im Stande war, ſie zu faſſen und zu behalten, bis daſs Er die Linneiſchen Gattungen überſetzte, auch ſeine gegebnen Benennungen zum theil ſchon gebraucht werden *): ſo glaubte ich, daſs ſie nicht geſchwinder in mehrern Umlauf kommen würden, als wenn ſie ſogleich, bey Unterſuchung des Characters der Pflanze dem Gedächtniſs des Anfänger, gleichſam von ſelbſt, eingepräget würden. Denn bey Einer Benennung muſs man doch endlich bleiben; und ich ſehe nicht ein, warum man nicht lieber die von Ihm gebrauchten, als andre, nach eines jeden Gutdünken verſchiedne annehmen ſolte? da er alle von Linne beſchriebne Gattungen überſetzt hat. Es ſcheint mir hierin ſo zu gehen, wie bey den erſtrn Ausgaben der Werke des Linne ſelbſt, deſſen Namen, wiewol anfangs von wenigen gebilligt, allmälig doch von allen Botanikern auf der ganzen Erde angenommen ſind. Warum ſolten nun die Teutſchen nicht die Namen ihres Landsmanns annehmen? Sie ſind freylich nicht gemacht, um die in einzelnen Provinzen gangbaren Namen *in dieſen* zu verdrängen; ſo wenig als ehedem die Linneiſchen, um die in den Apotheken gewöhnlichen zu unterdrücken; ſondern damit jede Pflanze einen *beſtimmten* habe, bey dem man ſich ſogleich den ſyſtematiſchen lateiniſchen denken könne; wie nützlich dies aber ſey und wie bequem, bedarf keines Beweiſes. Deswegen hab ich mit Fleiſs nichts geändert auch in den wenigen nicht, wo ich andre wünſchte, auſser bey *Cneorum*, wie ich daſelbſt angezeigt habe. Wo aber zwey teutſche Namen ſtehen, iſt der in ( ) eingeſchloſsne der Planerſche, der andre der, den ich vorziehe. Man vergeſſe aber nicht, vorher die angegebnen Druckfehler zu verbeſſern, welche gänzlich zu vermeiden, bey aller angewandten Sorgfalt unmöglich war.

Zugleich hatte ich noch eine Abſicht, da ich bey den von Botanikern abſtammenden Namen die teutſche Benennung wegließ. Denn ob dies gleich keinen Platz weggenommen hätte: ſo fällt es doch mehr in die Augen, wenn man gleich auf den erſten Blick (bey dem leeren Platz im Teutſchen) ſieht, welche Pflanzen nach Botanikern genannt ſind, zumal dieſe nur blos in der Endigung von den lateiniſchen verſchieden geweſen wären. Einige aber, die ſo lauten, daſs man glauben möchte, ſie wären nach Botaniſten genannt, die es aber nicht ſind, habe ich in ( ) eingeſchloſſen, und bey der *Euphorbia* den bekannteſten teutſchen Namen dafür geſetzt.

---

*) Z. E. in dem ſo nützlichen Werk von Hr. *Zorn*: Abbildungen von Arzeneygewächſen.

gesetzt. Doch ſind von dieſen die neuen Gattungen des berühmten Hrn. THUNBERGS auszunehmen, denen (ſo wie in der Murrayſchen Ausgabe des Syſtems) ſtatt der Zahlen Puncte (. . .) vorgeſetzt ſind; auch hab ich dieſen, ſie mögen von eignen Namen gemacht ſeyn oder nicht, keine Ueberſetzung ins Teutſche beygefügt.

Um ferner den Anfängern ſo viel möglich die Mühe des unnützen Suchens durch meine Arbeit zu erleichtern, und zugleich ihnen die Pflanzen ihres Vaterlandes bekannter zu machen (denn als Teutſcher ſchrieb ich dies vornehmlich für Teutſche): ſo hab ich den Zahlen der Gattungen, von denen wenigſtens Eine Art in Teutſchland zuverläſſig wächſt (die Schweiz jedoch mit eingeſchloſſen), ein Sternchen * vorgeſetzt. Wenn alſo jemand vom Pflanzenſuchen auf dem Felde zurückkommt und ſie hier nachſieht: ſo darf er, wenn er Claſſe und Ordnung gefunden, *nur die* Gattungen durchgehen, die das Sternchen vor ſich haben. Wenn er aber in einem Garten Pflanzen geſammelt hat, von denen er weiſs daſs ſie ausländiſch ſind; ſo thut er das Gegentheil. Doch bin ich hierin vorſichtig geweſen, und habe auch die gemeinſten Gartenpflanzen ausgelaſſen, wenn ich nicht ſicher wuſste, daſs irgend eine Art der Gattung in irgend einem Theil von Teutſchland wild wachſe, z. E. Rosmarin, Narciſſe &c. die ich nicht bezeichnet habe. Denn es iſt lange ſo verdrieſslich nicht, beym Nachſehen eine Pflanze unter den teutſchen vergebens aufzuſuchen, die es nicht iſt, und hernach die als ausländiſch von mir dadurch angegebnen daſs ſie kein Sternchen vor ihrer Zahl haben, in derſelben Abtheilung nachzuſehen, als eine für einländiſch zu halten die es nicht iſt, wenn ſie falſch bezeichnet wäre. Ich ſahe nachher, als ich mit dem Vorzeichnen ſchon fertig war, (da, wie ich oben erwähnte, das Werk ſchon vor zwey Iahren bis zur letzten Durchſicht zum Theil geendigt war) daſs Hr. *Eſper* in ſeinem Auszug des Linneiſchen Syſtems im Teutſchen es mit den Arten auf ähnliche Art gemacht habe. Die Bäume aber, obſchon zum Theil fremder Herkunft (z. E. die Wallnuſs) hab ich darum unter die einländiſchen mitgezählt, weil ſie längſt cultivirt ſind; auch die häufig angebauten Kräuter, wenn ſie auch nicht wild wachſen, hab ich mit einem Sternchen, aber eingeſchloſſen (*), bemerkt, z. E. Safran, Roggen und andre. Aber anzugeben, *welche Art die einheimiſche* ſey? wie einige Freunde wünſchten, war unmöglich, da dies auszumachen das *Syſtema Naturæ* oder die *Species Plantarum* durchaus nöthig ſind.

Die Gattungsnamen ſind aus der XIVten Ausgabe des Syſtems genommen, daher ſind ſowol die neuen aus dem *Supplement* als die *Thunbergiſchen* Gattungen der Vollſtändigkeit wegen dabey; wiewol nicht zu erwarten iſt, daſs die, für welche dies Buch beſtimmt iſt,

 ſie

sie zu sehen Gelegenheit haben werden, so lange sie dies allein brauchen.

Die Anmerkungen über einige ausländische Gattungen, die ich von meinem Freunde, dem einsichtsvollen Hrn. *Vahl* erhielt, als er auf der Rückkehr von seiner vortreflichen botanischen Reise mich im Anfange des vorigen Jahrs besuchte, hab ich mit seiner Erlaubniss beygefügt, da er sie selbst gesehen und also ein gültiger Richter ist.

Zuletzt hab ich noch des Ritters *Bruchstücke der natürlichen Ordnungen* dem Werke hinzugefügt, dass wenn der Lehrer es für gut findet, er auch davon handeln könne. Ich durfte sie aber nicht so, wie sie sich in der VIten Ausgabe seiner Gattungen befinden, lassen, sondern habe zugleich die in den *Mantissen* von ihm angegebnen und aus dem *Supplement* die, welche deutlich waren, jeder Abtheilung mit dazwischen gesetzten Sternchen angehängt. Anders konnte und wolte ich es nicht machen. Denn diese auszulassen, wäre unrecht gewesen, jede Gattung aber da einzuschieben, wo sie hingehöret, möchte den Anfängern wenig nützen, und für Geübtere nicht zweckmässig scheinen, weil es nicht ohne grosse Schwierigkeit hätte geschehen können, da es bey einigen Gattungen zwar sehr leicht ist, ihre *nächste* Verwandschaft einzusehen; bey andern desto schwerer; hier aber die Gründe nicht angegeben werden konnten, warum sie so oder so gestellet worden. Dies bleibt für ein ander Werk aufgehoben. Bey den *Vermischten* (LIV. Ordnung) habe ich in einigen die Verwandschaft zu errathen gesucht. Das Verzeichniss der *Zweifelhaften* aber musste ganz umgeschrieben werden.

Ich war noch Willens, die Literärgeschichte derer hinzuzusetzen, die von den Kunstwörtern gehandelt haben, kann aber, damit die Vorrede nicht zu lang werde, nur kürzlich ihre Namen anführen. *Hier. Bock* soll der erste gewesen seyn, der von den Namen der Pflanzen geschrieben hat, beym *Brunsfels* im 1sten Theil 1531. fol. aber diese Ausgabe hab ich so wenig gesehen als *Dav. Kyberi Lexicon botanicum*; *Argent?* 1533. 8? und vermuthe, dass diese Anmerkung des Hrn. *v. Haller* nur auf Gattungsnamen gehet.

Leonhard Fuchs aber gab 1542. in seiner Historia Plantarum, Tub. fol. Erklärungen der eigentlichen Kunstwörter; und wie man sie von seiner Gelehrsamkeit erwarten konnte, recht gute. Auch gab sich unser Hamburgischer Professor *Joach. Jungius* viel Mühe damit, wie überhaupt mit der Botanik von 1640-1657, wie die nach seinem Tode herausgekommenen Werke: Isagoge phytoscopica und Doxoscopiæ physicæ minores beweisen.

Von

Von diesem hielt Jo. Rajus sehr viel, der in der ersten Ausgabe seiner Flora Cantabrigiæ 1660 8. die Erklärungen der Kunstwörter und die Abstammung der Gattungsnamen hinzufügte; und jene vermehrter auch vor dem 1sten Theil seiner Historia Plantarum Lond. 1686. fol. abdrucken liefs.

Jos. Pitton de Tournefort setzte gleichfalls die Erklärung der von ihm gebrauchten Kunstwörter schon in die erste Ausgabe seiner Elemens de Botanique (so muss der Titel in der lat. Vorrede heissen) à Paris 1694. 8.

Als aber Carl Linne die Botanik umschuf, führte er viele neue Kunstwörter ein, die er aus den lateinischen Schriftstellern von der Landwirthschaft, dem ältern Plinius und den Dichtern nahm, die aber fast vergessen waren; gab jedem von ihnen seine bestimmte Bedeutung; erklärte diese aber erst in seiner Philosophia botanica Stockholm 1751. 8. nacher sammelte er sie aus dieser in einer besondern Disputation, die *Jo. Elmgren* zu Upsal 1762. hielt, und die in dem VIten Bande der Amœnitt. acad S. 217. sich befindet (an der Zahl 673.) welche nachmals ohne weitre Erklärung zu Leipzig 1767 abgedruckt ist (707 an der Zahl; es fehlt aber der Abschnitt *Qualitas*). Mit Erläuterungen durch Exempel und Figuren wurden sie von Hrn. Franc. Xav. Lipp unter dem Titel: *Enchiridion botanicum* zu Wien 1766. 8. und von Hr Carl Fried. Reuss im *Compendio botanico* Tub. 1774. und zum zweytenmale 1784. mit der *teutschen* Ueberſetzung der Kunstwörter (*nicht aber ihrer Erklärungen* *)) herausgegeben, dergleichen auch zum Theil schon Hr. Carl Fried.

*) Dadurch unterscheidet sich eben mein Buch von dem seinigen, da Hr. Dr. *Reuss* sie lateinisch erklärt, ich teutsch; mit andern Worten: dass Er die Kunstwörter *allein* übersetzt hat, ich die Definitionen derselben auch. Ich läugne auch nicht, dass seine Arbeit vor der meinigen durch die Exempel und Figuren Vorzüge habe, und bin weit entfernt, die letztern zu verwerfen, ob ich gleich kein Freund der Autodidaxie bin, auch in der Botanik nicht. Gleichwol hab ich aus den in der Vorrede zur ersten Auflage angegebnen Gründen Bedenken gehabt, sie bey dieser zuzusetzen. Daher sehe ich nicht wie der Hr. Dr. *Reuss* in der Vorr. seiner 2ten Ausg. sagen können: *ich hätte seine Kunstwörter abdrucken lassen*, als wenn ich ihn blos abgeschrieben oder geplündert hätte, da doch der Augenschein lehret, dass ich sie zwar genutzt, aber doch die Erklärungen hinzugethan habe.

FRIED. DIETERICH in den *Anfangsgründen der Pflanzenkenntniss* Leipz. 1775. und in deren zweyten Ausgabe 1785. 8. geliefert hat.

Französisch wurden sie vom DALIBARD in seiner *Flora Parisiensi* zu Paris 1749. 12. von PET. JOS. BUCHOZ im *Dictionnaire de Botanique* daselbst 1771. 12. im IVten Theil; und von JEAN JACQUES ROUSSEAU in *Œuvres posthumes* T. IV. Genev. 1782. 8. (den ich in der lateinischen Vorrede zu nennen vergass); am besten aber vom Chevalier DE LAMARK in der *Encyclopédie rangée par ordre des Matières* à Paris 178.. 4. erklärt.

Englisch sind sie in der Uebers. der Philos. bot. des Ritters enthalten, die unter dem Namen des verdienten Gärtners, *Lee*, heraus kam Lond. . . . in der That aber von Sir JOHN AYLES STYLES gemacht ist, der unbekannt bleiben wolte. Auch sind sie in des berühmten JOHN HILL's *Vegetable System* im 2ten Theil Lond. 1761. fol. mit Figuren eingerückt. Ausserdem aber noch von JOHN BERKENHOUT in *Clavi Anglica Linguæ botanicæ or a botanical Lexicon* Lond. 1764. klein 8. und von COLIN MILNE in *botanical Dictionary, or Elements of systematic & philosophical Botany*, das. 1770. 8. welches Werk in Teutschland wenig bekannt, aber das beste dieser Art ist von allen die ich kenne; auch weit mehr enthält als die Terminologie. Zu *Edinburg* sind die Kunstwörter allein aus obgedachter Upsalschen Dissertation abgedruckt, ich weiss aber das Jahr nicht.

Schwedisch sind einige Benennungen eben dieser ersten Ausgabe derselben beygefügt.

Dies war es, was ich meinen Lesern zu sagen hatte. Lässt mich Gott leben, und gesund bleiben; so möchte ich nach ein Paar Jahren die Kunstwörter *des Thierreichs* auf ähnliche Art wol herausgeben, wenn nicht ein andrer mir zuvorkommt.

Hamburg, den 4. Januar 1787.



PRÆ-



PRÆFATIO *LINNÆI*

IN

GENERA PLANTARUM.

Opera Domini omnia sunt optima, nec licet dicere: quid hoc? quorsum hoc? omnia enim in usus suos creata sunt.

Syrach. XXXIX, 21. 26.

1. Omnia, quæ a nobis vere dignosci possunt, dependent a clara Methodo, qua distinguimus similia a dissimilibus. Hæc Methodus quo magis naturales comprehendit distinctiones, eo clarior rerum nobis nascitur idea. Quo circa plura versatur noster conceptus objecta, eo difficilius elaboratur methodus, at magis necessaria evadit. Nullibi tot objecta humanis sensibus objecit Summus Conditor, ac in Regno Vegetabili, quod totum istum, quem inhabitamus, globum tegit, replet. Ergo si ullibi pura methodus e re est, sane hic; si Vegetabilium claram ideam obtinere sperabimus: hinc CÆSALPINUS: *Nisi in ordines redigantur Plantæ, & velut castrorum acies distribuantur in suas classes, omnia fluctuari necesse est.*

2. Nota itaque ei sunt Vegetabilia, qui (1) similia similibus conjungere, & dissimilia a dissimilibus separare novit.

3. *Botanicus* est ille, qui Vegetabilia similia similibus, & distincta distinctis Nominibus, cuicunque intelligibilibus, noscit (2) nominare.

4. *Nomina* (3) Plantarum sunt *Generica* & (ubi plures species) *Specifica.* Hæc debent esse certa & fundata, nec vaga, lubrica vel varie applicabilia; qualia antequam esse possunt, necesse est, ut sint imposita certis nec vagis generibus (2. 6.): his enim vacillantibus vacillant & Nomina, ac per consequens Doctrina Botanici (3).

5. *Species* tot ſunt, quot diverſas & conſtantes formas in hoc globo produxit Infinitum Ens; quæ formæ ſecundum generationis inditas leges producunt plures, ſibi ſimiles, quam quæ fuere. Ergo Species tot ſunt, quot diverſæ formæ ſeu ſtructuræ Plantarum, rejectis iſtis, quas locus vel caſus parum differentes (*Varietates*) exhibuit, hodienum occurrunt.

6. *Genera* autem tot ſunt, quot attributa communia proxima diſtinctarum ſpecierum (5), ſecundum quæ in primordio creata fuere: confirmant hæc revelata, inventa, obſervata. Hinc

Omnia Genera naturalia ſunt.

Non enim licet conjungere ſub eodem genere Equum & Suem: licet ambæ ſpecies monungulæ eſſent; nec Capreolum, Rangiferum & Alcen genere diſtinguere, licet cornuum figura differant. Generum itaque limites attenta & ſedula obſervatione inquirere debemus, cum *a priori* difficilius determinentur, licet hoc opus hic eſſet labor, nam *confuſis generibus omnia confundi neceſſe eſt.* Cæſalp.

7. A *Fructificatione* plantas diſtinguere in genera (6) Infinitæ Sapientiæ placuiſſe detexit poſterior ætas, & quidem primus, ſeculi ſui ornamentum, CONRADUS GESNERUS, uti patet ex Epiſtolis ejus poſthumis, ex tabulis per *Camerarium* editis. Quamvis primus qui ſummum hoc inventum in uſum deduxit, ANDREAS CÆSALPINUS fuerit. At exſpiraſſet mox, niſi ROBERTI MORISONI cura reſuſcitatum fuiſſet, & a JOSEPHO PITTONIO TOURNEFORTIO ad regulas Syſtematicas puras enutritum. Confirmarunt hoc deinceps quotquot fuere in arte Heroës.

8. Dato hocce fundamento (7), hocce puncto fixo, mox in uſum vertere, mox Syſtema ſtruere allaborarunt omnes hiſce laboribus apti; omnes quidem eodem animo, & in eundem finem, at non omnes eodem cum ſucceſſu. Paucis quippe notus fuit Canon fundamentalis, quem ſi non obſervant ædiles, illico ruit prima oborta tempeſtate ſplen-

ſplendidiſſimum quamvis ædificium: Boerh. Inſt. 31. Docenti *procedendum a generalibus ad ſingularia quæque, dum inventa explicat, ut* Inventori, *contra, a ſingularibus ad generalia eundum fuit.* Aſſumſerunt enim varii diverſas partes Fructificationis pro principio Syſtematico, & cum eo ſecundum diviſionis leges á Claſſibus per Ordines deſcenderunt ad Species usque, & hypotheticis ac arbitrariis his principiis fregerunt & dilacerarunt naturalia (6) genera; naturæque vim intulerunt: e. gr. alius á *Fructu* negat genere conjungi poſſe Perſicam & Amygdalum: alius a *regularitate Petalorum* negat Valerianam & Valerianoiden Kn.; alius a *Numero* negat Linum & Radiolam Dill.; alius a *Sexu* negat Urticam androgynam & dioicam &c. genere inter ſe combinari poſſe; quod ſi, dicunt, non claſſe conjungi poſſunt, multo minus genere; ſed non obſervant ſe conſtruxiſſe Claſſes qualescunque, ipſum vero Creatorem Genera. Hinc tot falſa genera! tot controverſiæ inter Auctores! tot mala nomina! tanta confuſio! Imo eo tandem redacta eſt res, ut quoties ſurgat novus Syſtematicus, toties horreat orbis Botanicorum. Et neſcio ſane ipſe, num plus damni vel emolumenti attulerint Syſtematici, certe ſi indocti conferantur cum doctis, longe plures fuere. Dolent hæc fata Medici, Pharmacopoei, Hortulani, nec ſine ratione. Fateor, Theoria eorum quod optima eſſet, ſi modo Summo Conditori placuiſſet omnes fructificationes ejusdem generis æque ſimiles inter ſe produxiſſe ac individua ejusdem ſpeciei. Quod cum factum non ſit, nihil ſupereſt aufugii, quin Nos, qui naturæ Magiſtri eſſe non poſſumus, nec ſecundum noſtrum conceptum omnes plantas iterum creare, Nosmet ipſos Naturæ legibus ſubjiciamus, Notasque plantis inſcriptas ſolerti ſtudio legere addiſcamus. Si ſingula differens nota fructificationis ſufficiens dijudicaretur pro diſtinguendo genere, quid hæſitaremus extemplo tot proclamare genera, quot fere ſunt ſpecies; vix enim noti nobis ſunt duarum ſpecierum flores, inter ſe adeo ſimiles, quin aliqua intercedat partium differentia; Et allobaravi quoque quondam a ſolo flore etiam differentias ſpecificas tradere omnes, licet, facilior cum detur via, ſæpe minus fructuoſo conamine.

Agnoſcenda itaque ſuadeo omnibus Botanicis ſanis, ſi quæ certitudo unquam in arte deſideretur, *Genera & Species eſſe naturalia omnia,* ſine quo aſſumto principio nulla ſalus in arte poteſt obtineri. F. B. 132. 157. Supponamus DEUM T. O. ab initio creaſſe unicam tantum ſpeciem e quovis genere. Supponamus etiam has primas Species dein (vel in primordio, vel in tempore) ab aliorum generum ſpeciebus fœcundatas; ſequeretur inde quod plures orirentur Species, dum hæ floris ſtructura evaderent quodammodo matri ſimiles, at Herbæ ſtructura Patri. *confer. Amœn. acad.* 6. *p.* 279.

9. Aſſumto hocce poſtulato (8) procedant ſecundum ſuam Methodum ſinguli; dividant Genera hæc in Ordines & Claſſes; Cæſalpinus, Hermannus, Rajus, Knaut p. a *Fructu;* Tournefortius a *figura Corollæ;* Rivinus a *numero & æqualitate Petalorum;* Magnol a *Calyce*, & nil noxæ adferent hæ methodi omnes: Sed contra ſi bene elaboratæ, ſummam utilitatem, dum videre licet, quantum hæc vel illa pars fructificationis conſiderata valeat in his vel illis Claſſibus naturalibus. Parum refert, qua methodo poteſtis pervenire ad genera facillima via. Iſta reliquis præferenda eſt, quæ certiori tramite ſecurius ad ea ducit; quæque maxime univerſalis eſt; vix enim credo ullos facili adeo natos eſſe memoria, ut, absque Syſtemate, genera tenere queant. Methodus itaque erit viæ dux; *Ordines* enim ſunt Claſſes ſubalternæ: & pauca diſtinguere genera facilius eſſe, quam omnia, nullus inficias ibit. Non quidem nego, æque dari Claſſes naturales ac Genera naturalia; non nego, quin methodus naturalis & noſtræ & omnium inventarum methodis longe præferri deberet, ſed rideo omnes methodos naturales hactenus exclamatas, & in me defenſionem provocatus ſuſpicio, quod nulla, ne unica claſſis, antea data, in ullo ſyſtemate, naturalis ſit, quamdiu iſta genera iſtique characteres, qui jam ſunt, ſub iisdem militant. Facile eſt maximam notorum generum partem ad ſuas claſſes naturales amandare, at eo difficilius reliqua. Nec ſperare fas eſt, quod noſtra ætas Syſtema quoddam Naturale videre queat, & vix ſeri Nepotes. Attamen

Attamen plantas nosse studemus; ideoque interim Artificiales assumendæ sunt Classes & succedaneæ. *Classes Naturales* omnibus arriderent, modo quis earum charácteres eruere posset; has autem sistere absque charactere, propria genera comprehendente & alia removente, esset idem ac omnem methodum rejicere & ad accensam facem velle cœcutire. Veteres tempore Bauhinorum arcte classibus naturalibus adhærebant, sed deficiebat character nondum rite detectis fructificationis partibus, usque dum Tournefortius clara fructificationis luce descendebat ad obscura antea genera. c. gr. Conveniat necesse est *ordine naturali* Melianthus, Epimedium, Hypecoum, Fumaria, Impatiens, Utricularia &c. sed quis ex ulla fructificationis parte dabit characterem combinantem & distinguentem? Flores *Compositi* comprehendant Corymbium calyce unifloro; Erigeri speciem Filamentis quatuor; Kuhniam Antheris distinctis; Strumpfiam Fructu baccato; quis umquam potuit dare characterem hos determinantem nec alienos?

10. Assumtis Generibus naturalibus (6. 7.) ad ea tenenda pura & inculpata duo requiruntur, ut scilicet veræ Species, nec aliæ, ad sua genera reducantur; utque genera singula veris circumscribantur limitibus & terminis, quos *Characteres* vocamus *genericos*.

11. *Characteres* hos (10) dum Auctores evolvo, reperio nullos certos & fixos ante *Tournefortium*, ut Ipsi non immerito inventionis gloriam circa genera concedere debeam; dedere & alii Systematici aliarum sectarum, ego tamen nullos antecessorum intelligo præter Tournefortii eorumque, qui ejus vestigia presserunt, uti *Plumerius*, *Petitus*, *Boerhaavius*, *Vaillantius*, *Dillenius*, *Ruppius*, *Pontedera*, *Buxbaumius*, *Michelius* & pauci Alii; quorum quidem plures, quamvis a Classibus & Ordinibus seu methodo Tournefortiana recesserint, in Generibus tamen ejus asseclæ fuere. Assumsit Tournefortius *Petala* & *Fructum* pro notis generum diagnosticis, nec partes alias; assumsere & easdem ejus asseclæ fere omnes: at Recentiores obruti copia novorum nuperque detectorum generum, has partes solas pro generibus omnibus distinguendis non sufficere intellexerunt ac

ac inde ad habitum, faciemque plantarum; folia puta, situm floris, caulem, radicem &c. confugere sese coactos crediderunt, id est, recessere a fundamento fructificationis (7), & ad priorem barbariem descenderunt. Quod quam malo omine factum, facile esset demonstratu, si locus & tempus hæc in præsenti non prohiberent. Quidquid demum sit, tamen agnoscam partes non sufficientes esse, a Tournefortio descriptas, ut si sola petala & fructus vota hic ferant, & ego omne fructificationis mysterium negarem, respueremque. Sed quæso, quæ docuit unquam ratio, quod a solis hisce notæ sint petendæ? quæ docuit unquam autopsia? quæ revelatio? quæ a priori vel posteriori desumta argumenta? sane nulla. Auctoritatem agnoscimus nullam nisi autopsiam solam in Re Herbaria; nonne nobis patent longe plures in fructificatione partes? cur illæ agnoscendæ, aliæ non? nonne idem qui creavit istas, creavit & reliquas? nonne aliæ æque necessariæ sunt partes in fructificatione ac unquam illæ? patent nobis

CALYCIS
1. *Involucrum.*
2. *Spatha.*
3. *Perianthium.*
4. *Amentum.*
5. *Gluma.*
6. *Calyptra.*

COROLLÆ
7. *Tubus* seu ungues.
8. *Limbus.*
9. *Nectarium.*

STAMINUM
10. *Filamenta.*
11. *Antheræ.*

PISTILLI
12. *Germen.*
13. *Stylus.*
14. *Stigma.*

PERICARPII
15. *Capsula.*
16. *Siliqua.*
17. *Legumen.*
18. *Nux.*
19. *Drupa.*
20. *Bacca.*
21. *Pomum.*

SEMEN
22. *eiusque.*
23. *Corona.*

RECEPTACULUM
24. *fructificationis,*
25. *floris,*
26. *fructus.*

Plurea

Plures sane hic partes, hic literæ, quam in literis linguarum seu alphabetis. Hæ notæ omnes sunt nobis totidem literæ vegetabilium, ex quibus lectis characteres (10) addiscamus plantarum; has inscripsit Conditor; has legere nostrum erit studium.

12. *Tournefortius* suis characteribus stupenda præstitit, cum vero dein detecta sunt tot tamque multa & nova genera, nostrum erit ejus principiis quidem inhærere, sed ea augere novis inventis, ut scientia accrescat.

13. *Icones* solas pro determinandis generibus non commendo. Antequam literarum mortalibus innotuit usus, necessarium fuit omnia picturis exprimere, ubi oris sonus præsens esse non potuit, at inventis his facilior certiorque nascitur via communicandi ideas scriptis. Sic etiam in Botanicis ante detectas literas (11) figuræ hæ auxilium præbuere summum; at datis his compendiosiori itur via; nobis sunt literæ ultra viginti sex (11), quibus scribamus nostras ideas.

α. Ab icone enim quis potest unquam aliquod argumentum firmum desumere, sed a verbis scriptis facillime.

β. Si generis cujusdam characterem in opere aliquo in usum traherem recenseremque, non possum semper commode icone depingere, incidere, imprimere, exprimereque, at descriptionem facillime.

γ. Si in eodem genere, ut in plurimis, different partes, uti numero vel figura inter se in distinctis speciebus, tenerer tamen tradere partium situm & proportionem. Non possum hæc ullo modo exprimere icone, nisi totidem darem figuras

Si itaque 50 essent species, & totidemque deberem tradere pictnras, quis ex hisce tam multis ullam certitudinem elicere posset; at in descriptione differentes partes silere, convenientes describere facilior longe est labor, intellectuque facillimum.

14. Verbis itaque tentabimus omnes exprimere notas æque clare, si non clarius, ac alii splendidissimis suis iconibus. Huic viæ institit primus magnus BOERHAVIUS; ea autem incedere cum Eo via, quam patefecit, tentavit nemo.

15. Triplici modo obtinentur Characteres (11) Generici; *Factitii* scilicet, *Essentiales* & *Naturales*. *F. B.* 186-302.

16. *Factitius* (15) Character unicam notam generi imponit, qua unum a reliquis sub eodem Ordine militantibus (non ab aliis) distinguere tenetur. Character ejusmodi est intellectu omnium facillimus, & instituitur per Dichotomias seu Tabulas Synopticas, uti a Rajo (in præcedentibus Synopsis editionibus), Knautio, Kramero datus. Sane si nulla unquam dubia moveruntur de Classe vel Ordine, & omnia in rerum natura existentia Genera detecta essent, reliquis facilior foret: quæ cum detecta non sint, nec esse possint, fallit & fallitur; cum alioquin Genus aliquod detegitur novum, faliaces evadunt proximi & quotquot e ramo, cui annecti debet, enati sunt characteres.

17. *Essentialis* (15) Character notam generi, cui applicatur, unicam propriissimam subministrat. Hic commendat se brevitate & certitudine, uti in Parnassia, Nigella, Helleboro, Ranunculo, Aconito a solis nectariis facillime percipitur. Sed an obtineri unquam queat in omnibus Generibus, maxime hæreo; vellem enim essentiales videre Characteres in Umbelliferis, aliisque.

18. *Na-*

18. *Naturales* (15) itaque heic trado Characteres qui notas facile omnes in fructificatione obvias & communes exhibent: tales ante me, quantum novi, dedit nullus.

Usus & prærogativæ Characteris Naturalis sunt:

α. Applicabilis est ejusmodi Character Methodis omnibus datis & dandis, si modo indestructibili fundamento fructificationis superstructum sit Systema. Desumat quis Methodum vel a *calyce*, vel *corolla*, vel *staminibus*, vel *pistillis*, vel *fructu:* idem tamen erit nobis Character naturalis, ubi idem genus.

Antea necesse fuit tot componere characteres omnium generum, quot prodiere Systemata; hocce autem dato, non item.

β. Si vel mille detegerentur nova Genera, non unicam Notam eam ob Causam Generi Naturali proximo vel addere vel auferre necesse est, uti in aliis omnibus inevitabile fuit.

γ. Distincte potest tradi absque methodo hic Character seu Generis hæc definitio, in quocunque libro placet, æque perfecte teneri & intelligi, ac dum sub sua militabat classe.

δ. Exprimit eandem ideam, si vel nomina millies mutarentur.

ε. Plures vides notas, quam quibus necessario ab aliis distingui debet subjectum Genus: hæ confirmant Te certum habere Genus, nec aliud. An notæ aliquæ superfluæ sint, si omnia detecta essent Genera, serus determinabit dies.

19. *Notas* in describendo singulas partes fructificationis selegi certas & reales, nec vagas vel lubricas. Assumsere alii sæpe saporem, odorem, colorem, magnitudinem (absque proportione). Has apud me

me allegatas nunquam videbis, ſed tantum quatuor iſta certa & firma principia mechanica: *Numerum*, *Figuram*, *Situm* & *Proportionem.* Hæc quatuor Attributa, cum Literis iſtis viginti ſex (11) diſtinguunt Genera adeo certo a ſe invicem, ut ne quid ſupra; non deficiunt notæ pro generibus determinandis, hiſce ſolis conſideratis; ſed ſuperfluæ forent reliquæ, nec cogit ulla neceſſitas ad habitum plantarum confugere, qui mutus eſt.

20. In Charactere ejusmodi conficiendo aſſumendæ ſunt omnes detectæ Species; Notæ quatuor (19) in omnibus partibus fructificationis obviæ probe ſunt deſcribendæ, quæque non conveniunt Speciebus omnibus excludendæ, & convenientes ſolæ retinendæ. Quumque non uni detur homini omnes videre Species, debet ille, qui plures videt, notasque in iſtis differentes obſervat, has in charactere excludere, ut tandem Poſteri abſolutos videant labores.

21. Minimas Fructificationis ſcrutandi partes difficultatem plurimis moleſtam fore, certe iis, qui absque labore doctrinam deſiderant, prævideo, ex. gr. Nullus mihi negabit, quin animalia omnia etiam Inſecta a Nota inſcripta vel Structura dignoſci debeant; ſi itaque Inſectum eſſet adeo parvum, ut vix oculis percipi poſſet, tamen ejus partes luſtrare debes, antequam ſcire queas, num Monoculus ſit, vel Acarus; ſic etiam in plantis. Omnia quæ deſcripſi nudo, nec armato, oculo vidi; nec alteri difficilior quam nobis erit labor, at gratus & jucundus.

22. *Florem* longe præferri debere *Fructui* intellexi in determinandis Generibus, licet aliter longe ſentiant Alii; quodque *Nectaria* majoris eſſent conſiderationis pro determinandis Generibus, quam fere pars ulla alia, licet tantopere neglecta & nihili habita ab Aliis, immo ne nomine quidem diſtincta.

23. *No-*

23. *Nomina* nullum terreant nova, sed si ea non placerent, nova ipse finge, vel Synonyma allegata retine, si magis arrideant. Rationes cur ea mutavi, dedi in CRITICA BOTANICA.

24. Auctoribus nullis fidem adhibui præter *Dillenio* in Horto Elthamensi, *Rheede* in Horto Malabarico, quos accuratos esse observavi: & *Plumerio* in Americanis, ubi nulli alii erant Auctores.

Distinxi tamen caute: *Asteriscum* * adposui, ubi plantas vivas examinare licuit: *Crucem* †, ubi siccas solum habere potui; & nullam notam, ubi nil vidi; sed Auctoribus fisus, eorumque, quantum videre licuit, claris iconibus.

25. *Paucissimis* quibus potui *verbis* ideas meas expressi, sollicitus magis de ponderosis, quam pomposis, & eloquentibus latinitatis flosculis.

Terminis paucis *Artis* usus sum, nec fere aliis, quam qui cuique notissimi; *magnitudinis* notam nunquam, nisi respectivam ad reliquas partes allegavi. Ubi dubia occurrebant, magis sollicitus fui vanis altercationibus me eripere, quem hic miscere. E. gr. Ubi dubium de Calyce & Corolla fuit. Secundum *motum solis* inflexum esse florem, vel contra eundem, ex conceptu vulgo dixi; quod aliis dicitur a sinistris dextrorsum; vel contra eundem, quod aliis dicitur a sinistris dextrorsum; vel contra.

27. *Species* sub generibus militantes dedi in SPECIEBUS PLANTARUM, Holmiæ 1762 impressis.

28. Partium fructificationis Definitiones in PHILOSOPHIA BOTANICA evolvantur a tironibus.

29. *Usum*

29. *Usum* Systematis alicujus botanici ne tironibus quidem commendare opus est, cum absque eo nulla in Botanicis detur certitudo. Introëant hortum exoticis plantis & incognitis refertissimum, eumque simul Bibliotheca Botanica optima instructum; duo curiosi, alter Systematicus, alter Empiricus; cum ille facile redegit plantas ex lectis in fructificatione literis (11) ad suam Classem, Ordinem & Genus, quo dato paucæ restant species distinguendæ; tenetur alter omnes evolvere libros, omnes perlegere descriptiones, & figuras omnes inspicere infinito labore, nec de planta, nisi casu, certus fiet.

30. Plura præfari superfluum duco. Rationem & leges theoriæ nostræ qui desiderat, adeat *Fundamenta Botanica* & *Philosophiam Botanicam:* quique de Methodo nostra sexuali plura velit, evolvat *Systema* nostrum *Naturæ*

Hæc non sola mihi patefecit opinio famæ
Vulgaris, quæsita libris nec lectio priscis,
Sed Labor & Studium; quibus otia longa dierum
Postposui.



CLAVIS

CLAVIS SYSTEMATIS SEXUALIS.

NUPTIÆ PLANTARUM
Actus generationis incolarum R. Veget.
Florescentia.

- PUBLICÆ
  Nuptiæ omnibus manifestæ, aperte celebrantur
  Flores unicuique visibiles
  - MONOCLINIA
    Mariti & Uxores uno eodemque thalamo gaudent
    Flores omnes hermaphroditi; stamina cum pistillis in eodem flore
    - DIFFINITAS
      Mariti inter se non cognati.
      Stamina nulla sui parte connata inter se sunt
      - INDIFFERENTISMUS
        Mariti absque subordinatione
        Stamina longitudine indeterminata
        - I. MONANDRIA.
        - II. DIANDRIA.
        - III. TRIANDRIA.
        - IV. TETRANDRIA.
        - V. PENTANDRIA.
        - VI. HEXANDRIA.
        - VII. HEPTANDRIA.
        - VIII. OCTANDRIA.
        - IX. ENNEANDRIA.
        - X. DECANDRIA.
        - XI. DODECANDRIA.
        - XII. ISOCANDRIA.
        - XIII. POLYANDRIA.
      - SUBORDINATIO
        Mariti certi reliquis præferuntur
        Stamina duo semper breviora sunt reliquis
        - II. XIV. DIDYNAMIA.
        - IV. XV. TETRADYNAMIA.
    - AFFINITAS
      Mariti propinqui & cognati sunt
      Stamina cohærent
      - vel *inter se*
        - *filamentis* coalitis in corpus
          - unum XVI. MONADELPHIA.
          - duo XVII. DIADELPHIA.
          - plura XVIII. POLYADELPHIA.
        - *antheris* in cylindrum XIX. SYNGENESIA.
      - vel *cum pistillo* – – XX. GYNANDRIA.
  - DICLINIA
    Mariti & fœminæ distinctis thalamis gaudent
    Flores masculi & fœminei in eadem specie
    - in eadem planta – XXI. MONOECIA.
    - in diversa planta – – XXII. DIOECIA.
    - in eadem planta cum ☿ mixti XXIII. POLYGAMIA.
- CLANDESTINÆ
  Nuptiæ clam celebrantur
  Flores oculis nostris nudis vix conspiciuntur – – – – – XXIV. CRYPOGAMIA.

Schlüſſel des Sexual-Syſtems.

Die Ehe der Pflanzen
Die Erzeugung der Einwohner des Pflanzenreichs
Das Blühen

- *iſt öffentlich,*
  wird von allen offenbar gehalten.
  Die Blumen ſind jedermann ſichtbar.
  - *Auf Einem Lager*
    Männer und Weiber haben ein Bette.
    Alle Blumen ſind Zwitter; die Staubgefäſſe und Stämpfel ſind in derſelben Blume.
    - *Ohne Verwandtſchaft*
      Die Männer ſind unter ſich nicht verwandt.
      Die Staubgefäſſe ſind unter einander nicht verbunden.
      - *Gleichgültig*
        Die Männer haben unter einander keinen Unterſchied.
        Die Staubfäden ſind von unbeſtimmter Länge.
        - CLASSE
          I. Ein-
          II. Zwey-
          III. Drey-
          VI. Vier-
          V. Fünf-
          IV. Sechs-
          VII. Sieben-
          VIII. Acht-
          IX. Neun-
          X. Zehn-
          XI. Zwölf-
          XII. Zwanzig-
          XIII. Viel-
          } männrige
      - *Untergeordnet*
        Einige Männer werden andere vorgezogen.
        Zwey Staubfäden ſind allemal kürzer als die übrigen
        - zwey XIV. Zweymächtige.
        - vier XV. Viermächtige.
    - *Mit Verwandtſchaft*
      Die Männer ſind verbunden.
      Die Staubgefäſſe hangen zuſammen.
      - unter ſich, wenn
        - die Staubfäden verwachſen ſind in
          - einen — XVI. Einbrüdrige.
          - zwey — XVII. Zweybrüdrige.
          - mehr Körper — XVIII. Vielbrüdrige.
        - die Staubbeutel verwachſen ſind — XIX. Verwachſene.
      - mit dem Stämpfel — XX. Weibermännrige.
  - *Auf zwey Lagern*
    Die Männer und Weiber haben (jeder Theil) ein beſonderes Bette.
    Die männlichen und weiblichen Blumen machen Eine Art aus, ſind aber getrennt
    - auf derſelben Pflanze - - XXI Einhäuſige.
    - auf verſchiednen - - XXII. Zweyhäuſige.
    - auf derſelben Pflanze, mit Zwitterblumen vermiſcht XXIII. Vielehige.
- *iſt verborgen*
  wird in geheim gehalten
  Die Blumen ſind bloſſen Augen unſichtbar - - - - XXIV. Heimliche Ehe.

CLASSIUM CHARACTERES.

I. MONANDRIA. a μόνος unicus, & ἀνὴρ maritus,

Maritus unicus in matrimonio.

Stamen unicum in flore hermaphrodito.

II. DIANDRIA.

Mariti duo in eodem conjugio.

Stamina duo in flore hermaphrodito.

III. TRIANDRIA.

Mariti tres in eodem conjuglo.

Stamina tria in flore hermaphrodito.

IV. TETRANDRIA.

Mariti quatuor in eodem conjugio.

Stamina quatuor in eodem flore cum fructu.

(*Si Stamina* 2 *proxima breviora ſunt, referatur ad Cl.* 14.)

V. PENTANDRIA.

Mariti quinque in eodem conjugio.

Stamina quinque in flore hermaphrodito.

VI. HEXANDRIA.

Mariti ſex in eodem conjugio.

Stamina ſex in flore hermaphrodito.

(*Si ex his Stamina* 2, *oppoſita breviora, pertinet ad Cl.* 15.)

VII. HEPTANDRIA.

Mariti ſeptem in eodem conjugio.

Stamina ſeptem in flore eodem cnm piſtillo.

VIII. OCTANDRIA.

Mariti octo in eodem thalamo cum femina.

Stamina octo in eodem flore cum piſtillo.

IX. ENNEANDRIA.

Mariti novem in eodem thalamo cum femina.

Stamina novem in flore hermaphrodito.

X. DECANDRIA.

Mariti decem in eodem conjugio.

Stamina decem in flore hermaphrodito.

XI.

XI. DODECANDRIA.

Mariti duodecim in eodem conjugio.

Stamina duodecim ad novemdecim in flore hermaphrodito.

XII. ISOCANDRIA ab εἴκοσι & ἀνὴρ.

Mariti viginti communiter, ſæpe plures.

Stamina calyci (non receptaculo) *inſident floris Hermaphr.*

XIII. POLYANDRIA. a πολὺς & ἀνὴρ.

Mariti viginti & ultra in eodem cum femina thalamo.

Stamina receptaculo inſerta *a* 20 *ad* 1000 *in eodem, cum piſtillo, flore.*

XIV. DIDYNAMIA. a δὶς bis, & δύναμις potentia.

Mariti quatuor, quorum 2 longiores, & 2 breviores.

Stamina quatuor, quorum 2 proxima longiora ſunt.

XV. TETRADYNAMIA.

Mariti ſex, quorum 4 longiores in flore hermaphrodito.

Stamina ſex, quorum 4 longiora, 2 autem oppoſita breviora.

XVI. MONADELPHIA. a μόνος unicus, & ἀδελφὸς frater.

Mariti, ut fratres, ex una baſi proveniunt.

Stamina filamentis in unum corpus coalita ſunt.

XVII. DIADELPHIA.

Mariti e duplici baſi, tamquam e duplici matre, oriuntur.

Stamina filamentis in duo corpora connata ſunt.

XVIII. POLYADELPHIA.

Mariti ex pluribus, quam duobus, matribus orti ſunt.

Stamina filamentis in tria, vel plura, corpora coalita.

XIX. SYNGENESIA. σὺν ſimul, & γένεσις generatio.

Mariti genitalibus fœdus conſtituerunt.

Stamina antheris (*raro filamentis*) *in cylindrum coalita.*

XX. GYNANDRIA. a γυνὴ femina, & ἀνὴρ maritus.

Mariti cum feminis monſtroſe connati.

Stamina piſtillis (non receptaculo) *inſident.*

XX.

XXI. MONOECIA. a μόνος unicus, & οἰκία domus.

Mares habitant cum feminis in eadem domo, ſed diverſo thalamo.

Flores maſculi & feminei in eadem planta ſunt.

XXII. DIOECIA.

Mares & feminæ habitant in diverſis thalamis & domiciliis.

Flores maſculi in diverſa planta a femineis prognaſcuntur.

XXIII. POLYGAMIA. a πολὺς, & γάμος Nuptiæ.

Mariti cum uxoribus & innuptis cohabitant in diſtinctis thalamis.

Flores hermaphroditi & maſculi aut feminei in eadem ſpecie.

XXIV. CRYPTOGAMIA. a κρυπτὸς occultus, & γάμος Nuptiæ.

Nuptiæ clam celebrantur.

Flores intra fructum vel ſingulari modo occultati.

ORDINES

a Feminis ſeu Piſtillis, ut claſſes a Maribus ſeu Staminibus, deſumuntur; (in Claſſi Syngeneſiæ [XIX] autem a cæteris differunt Ordines); e. gr.

MONOGYNIA, Digynia, Trigynia, &c. a γυνὴ femina, præpoſitis numeris græcis μόνος, δὶς, τρεῖς, τέσσαρες &c.

i. e. *Piſtillum* 1. 2. 3. 4. *&c. Numerus hic piſtilli deſumitur a Baſi ſtyli; ſi ſtylus autem deficiat, a numero Stigmatum calculus fit.*

(POLYGAMIA ſemper florem hermaphroditum cum androgyno requirit; ea tantum diverſitate, quod in *Claſſe* hujus nominis utrique *ſparſi* ſint, ſive inſideant verticillis (ut Parietariæ) ſeu ſpicæ (ut Cenchro) ſeu paniculæ (ut Holco); in Claſſis XIX autem *ordinibus* utrique *collecti* ſint in eundem calycem communem. Hinc utique tum Claſſem eam defendi poſſe, tum eodem ſenſu vocem Polygamiæ in nomine claſſis atque ordinis ſumtam eſſe apparet.) Eſt vero in Cl. XIX

vel

vel POLYGAMIA, eaque

vel ÆQUALIS, conſtat multis nuptiis, conjugia pura contrahentibus.

i. e. *multis floſculis ſtaminibus & piſtillis inſtructis. Florés ejusmodi maximam partem vulgo* Floſculoſi *dicuntur.*

vel SPURIA, ubi thalami vere nuptorum diſcum occupant, & ambitum cingunt thalami meretricum maritis deſtitutarum, ut a maritis uxoratis fœcundentur.

i. e. *ubi floſculi hermaphroditi diſcum occupant, & marginem cingunt floſculi feminei, ſtaminibus deſtituti, idque triplici modo:*

SUPERFLUA dicitur, cum feminæ maritatæ fertiles ſunt, & familiam propagare queunt; adeo ut meretricum auxilium videatur ſuperfluum.

i. e. *cum flores diſci hermaphroditi ſtigmate inſtruuntur & ſemina proferunt: flores quoque feminei radium conſtituentes ſimiliter ſemina ferunt.*

FRUSTRANEA dicitur, cum feminæ maritatæ fertiles ſunt & ſpeciem propagare queunt; Meretrices autem ob defectum vulvæ, veluti caſtratæ, imprægnari nequeunt.

i. e. *cum flores diſci hermaphroditi ſtigmate inſtruuntur & ſemina proferunt; floſculi vero radium conſtituentes, quum ſtigmate careant, ſemina proferre nequeunt.*

NECESSARIA dicitur, cum feminæ maritatæ, ob genitalium labem ſeu vulvæ defectum ſteriles, familiam propagare nequeunt; meretricibus a maritis feminarum fœcundatis, uxorum locum ſupplentibus, ſobolemque læte propagantibus.

i. e. *cum flores hermaphroditi ob defectum ſtigmatis piſtilli, ſemina perficere nequeunt; flores autem feminei in radio ſemina perfecta proferunt.*

vel SEGREGATA ubi thalami plures in eodem thoro locati.

i. e. *cum floſculi plures Calyce communi comprehenſi propriis Perianthiis etiam inſtruuntur.*

vel MONOGAMIA (eſt flos ſimplex hermaphroditus).



REGNUM



REGNUM VEGETABILE.

Flos *est plantarum gaudium,*
tum se novas, aliasque, quam sunt, ostendunt,
tum variis colorum picturis in certamen usque luxuriant.

Plin. xvi: 25.

1. NATURA creata, continuato Semine, ope Elementorum, modificat Terras in *Vegetabilia*, Vegetabilia in *Animalia*, vix contra; utraque resolvit iterum in *Terras*, circulo perenni aucto.

2. VEGETABILE est vita composita, absque motu voluntario.

3. TRIBUS Vegetabilium tres vulgo numerantur:
 Monocotyledones: Fruges: 1, 2, 3.
 Dicotyledones: Plantæ: 4, 5.
 Acotyledones: Cryptogama: 6, 7, 8, 9.

4. GENTES, e quibus incolæ confluxerunt, potissimum:

1. PALMÆ Principes, Indici, Spathacei spadiciferi, fluxi, eminentes celsitudine eximia, spectabiles caudice invariato simplicissimo perennante, coronati coma frondosa sempervirente, opulentes gazis fructuum opimis. *Hi Tributarii sunt animalium Primatibus, imprimis eorum Principi cohabitanti.*

2. GRAMINA. Plebeii. Campestres, Culmiferi, Glumacei, Rustici vulgatissimi, simplicissimi, vivacissimi, constituentes vim roburque regni, quoque magis mulctati & calcati, magis multiplicativi. *Hi Tributarii sunt, e vili penu, animalibus plerisque phytophagis, horumque Cerealia imprimis eorum Principi hospitanti.*

3. LILIA. Patritii, Lucares, Bulboſi triarii, ſuperbientes veſtimentis fulgentibus feſtivis. *Hi paſcunt oculos condecorantque regnum venuſtate aulæorum ſplendidiſſimorum.*

---

4. HERBÆ. Nobiles, Pratenſes, Annotini, Polymorphi. *Hi ornant regnum Structura admiranda, Sapore multifario, Odore fragante, Colore florido.*

5. ARBORES. Proceres, Sylvatici, e Nobilium ordine perennantes caudice, ſtipati pediſſequis *Servis*, ſuſtentantes inauſpicato clientes *Paraſiticos.* *Hi attollunt capita, arcent Ventos, inumbrant Æſtuantes, humectant inconſpicuo imbre, alliciunt Vocales, perficiunt Fructus; tamquam totidem Naturæ Horti.*

Milites armati Spinis Aculeisve, e Plantis utrisque adſcriptivi. *Hi arcent Mammalium hoſtium injurias.*

---

6. FILICES. Novaccolæ, Latebroſi, Stipitati, Dorſiferi, macres. *Hi præparant poſteris Terram.*

7. MUSCI. Servi, Hyemales, Imbricati, Calyptrati, Reviviſcentes, impaſti, loca omnia a prioribus relicta occupant numeroſiſſimi. *Hi Radices incolarum fovent: ne adurantur a Bruma Hyberna; ne exſiccentur a Sirio Æſtivo; ne evellantur a viciſſitudine Vernali; ne corrumpantur a Putramine Autumnali; Colligunt etiam pro dominorum peculio Humum dædaleam.*

8. ALGÆ. Vernaculi, Aquigeni, Squalentes, redivivi, abſtemii, nudiuſculi. *Hi inchoant culturam primam Vegetationis.*

9. FUNGI. Nomades, Autumnales, Barbari, Denudati, putidi, furaces, voraces. *Hi Flora reducente Plantas hyematum, legunt relictas earum quisquilias sordesque.*

5. TEXTURA vegetabilium e *Vasis* succosis.
Tracheis aëreis.
Utriculis secretoriis.

6. SUBSTANTIÆ vegetabilium ex *Epidermide* externe obducente *Corticem*, deponentem interiore latere *Librum*, secedentem in *Lignum* annotinum rigidum, obducentes *Medullam.*

7. PARTES Vegetabilium primariæ tres sunt:
Radix descendens, aquosa sorbens, *nutriens.*
Herba adscendens, aërea spirans, *movens.*
Fructificatio pandens, ætherea halans, *generans.*

8. RADIX terrenis humentibus inserta exserit *Radiculas* capillares, sæpe superne concurrentes in solidum *Caudicem descendentem* sub terra, aut etiam *adscendentem* supra terram.

9. HERBA annua, aëriis commissa, constat *Hybernaculo*, *Trunco*, *Folio*, *Fulcro:*

Hybernaculum compendium Herbæ totius, squamosum:
Bulbus e basibus Foliorum præteritorum.
Gemma e rudimentis Foliorum futurorum.

10. TRUNCUS, attollens Herbam Fructificationemque, (Rami sunt Partes Trunci) est vel
Caulis *Herbæ* foliosus.
Culmus *Graminis*: sæpius geniculatus articulis inanibus.
Scapus *Radicis* aphyllus floriferus.
Pedunculus ramus *Caulis* floriferus.
Petiolus ramus foliiferus, folio proprius.
Stipes a Folio non distinctus: *Palmis*, *Filicibus.*

11. FOLIUM expandens per aëra superficiem, volatile, sæpe petiolatum.

FOLIOLUM partiale est Folii *compositi.*

FRONS Folium e stipite factum! *in Palmis & Filicibus.*

12. FULCRUM administrans pro Vitæ necessitate:

STIPULA Foliorum, ad eorum basin, foliacea.

BRACTEA Florum, ad florum pedunculorumve basin, foliacea.

PUBES vestiens villositate.

GLANDULA secernens liquorem.

SPINA terminans *cornu* lignoso.

ACULEUS sparsus, *ungue* cortici tantum inserto.

CIRRHUS scandens *filo.*

13. FRUCTIFICATIO temporaria, terminans, lege naturæ spontanea dehiscens metamorphosi, ut substantia *Interna* pateat Flore & Fructu.

FLOS fit e *Calyce, Corolla, Staminibus, Pistillis.*

FRUCTUS e *Pericarpio* prægnante *Seminibus,* affixis *Receptaculo.*

14. CALYX Tegmentum exterius Floris e *Cortice,* cujus species 7.

VOLVA *Fungi,* lacera.

CALYPTRA *Musci,* cucullata.

SPATHA *Palmæ,* vaginata.

GLUMA *Graminis,* sæpius bivalvis.

PERIANTHIUM *Plantæ,* corollæ approximatum.

INVOLUCRUM *Plantæ,* a flore remotum, sæpius umbellæ.

INVOLUCELLUM partiale involucrum.

AMENTUM *Gemmaceum* imbricatum, commune.

15. COROLLA Tegmentum interius Floris e *Libro.*

PETALUM membranaceum: *Limbo* aut *Laminis.*
Tubo aut *Unguibus.*

NECTARIUM nectariferum proprium, mel promens.

16. STA-

16. STAMEN Viſcus exterius e *Ligno; Genitale Maſculum.*
FILAMENTUM ſuſtinens *Antheram.*
ANTHERA fœta granulato *Polline*, & hoc *Fovilla.*

17. PISTILLUM Viſcus interius e *Medulla*; *Genitale Femineum.*
GERMEN Fructus rudimentum, inferius.
STYLUS a germine elevans Stigma, intermedius.
STIGMA roridum, pubeſcens, ſupremum.

18. PERICARPIUM *Germen* defloratum ſeminiferum.
CAPSULA membranacea, *valvis* dehiſcens varie in variis.
SILIQUA membranacea, *bivalvis*, ſutura utraque ſeminifera.
LEGUMEN membranaceum, *bivalve*, ſutura altera ſeminifera.
FOLLICULUS membranaceus, *univalvis*, latere dehiſcens, a ſemiſeminibus diſtinctus.
BACCA pulpoſa, *Seminibus* diſtinctis.
DRUPA pulpoſa, *Nucleo* oſſeo.
POMUM pulpoſum, *Capſula* includente ſemina.
STROBILUS imbricatus *Amenti* coarctati.

19. SEMEN *Ovum*, nova planta prægnans, deciduum, tunicatum.
HILUM cicatrix umbilicalis.
COTYLEDONES bibulæ, placentam uterinam conſtituentes.
CORCULUM, novæ plantæ compendium, connectens cotyledones:
e *Roſtello* acuminato, deorſum germinante.
e *Plumula* imbricata, ſurſum excreſcente.
PAPPUS interdum coronat ſemen.
ARILLUS interdum includit partialiter Semen.

20. RECEPTACULUM: *baſis* partes fructificationis connectens.
PROPRIUM unius floris.
COMMUNE pluribus *floſculis* ſeſſilibus.

UMBELLA inter calycem & florem, elongatum in pedunculos æquatos.

UMBELLULA partialis umbella.

CYMA umbella compoſita ramulis alternis.

SPADIX intra Spatham, præprimis Palmæ.

RACHIS Spicæ Graminis, cui flores inſculpti.

21. MACHINA vegetabilis Subſtantia conſtat duplici contraria:

CORPOREA externa, includens, nutritiva, deſcendens, terrenis adhærens, ſtudioſe medullam incarcerans, duriuſcula, apice tenerrimo accreſcens.

MEDULLA interna, incluſa, vivificans, baſi deliqueſcens, apice adſcendens, multiplicatione diviſibilitate terminoque infinita, in Creatione accenſa, a primordio occulte feſtinat lenteque verſus minimam reſiſtentiam ad ſummum, ſuum exitum; quo vero corporeum coarctans debilius, eo clauſtra citius reſerat metamorphoſin ſubitura, quæque evaſura ſeſe cum corpore copulat, ut in novas diſpergenda vitas circulus perennet.

22. GERMINATIO fit diſperſis *Seminibus*, per *Hilum* abſorbentibus aquam, unde rumpuntur membranæ a bibulis tumentibus *Cotyledonibus*, lactantibus *Corculum*, usque dum fœtus *Roſtellum* Radiculas exſerat, quo erigatur *Plumula* accreſcens in *Herbam* anni, terminatam *Gemma* ſupradecompoſita.

23. VEGETATIO fit *Radiculis* ſugentibus tincturam aquoſam Humi, quæ, calore quotidie addito, lente pellitur per corporei externi vaſa, unde nutritio exterioris interiorisque plantæ, exhalante ſuperfluo, *Cortice* deponente ab interiore pariete *Librum*, quotannis ſecedentem in ſubſtantiam *Ligneam* (ex

Annulis

Annulis annotinis interſtinctis Alburno, demum ab emarcidis inferioribus ramis ſuboſſefacto) ſuſtentaturum Caudicem adſcendentem, intra cujus apices *Medulla* viva properat.

MEDULLAM concipio faſciculum e fibris Nerveis iſoſcelem formantibus, in qua vis vitalis pellens rumpit extimos nervos, hinc divergentes, penetrantes corticem etiamnum ſubgelatinoſum, ubi hi nervi medullares apice ſimiliter multiplicantur in gemmam. A diſſecto, per hunc nervum, vaſe adſcendente, impeditoque ſubtus adſcenſu humoris propulſi, extenditur corticale in *Folium*.

FOLIUM hoc, quod exercetur volatu ventorum, attrahit præparatque (exceptis Paraſiticorum, antea præparatorum) humores, pagina ſuperiore a luce electricum inſpirat, pagina inferiore roridum perſpirat, a caſu nunquam renaſciturum.

DECLARATUR vero Larva herbæ, ubi Medullæ major propulſio, quam includentis Corporei retentio, quo aperitur ſubſtantia *Corticis* in Calycem, *Libri* in Corollam, *Ligni* in Stamina, *Medullæ* in Piſtilla, terminante vegetationem nova vita, collectis filis in ultima Medullæ Semina.

24. PROLEPSIS ſiſtit Metamorphoſeos Plantarum myſterium, quo Herbæ *Larva* mutetur in *Declaratam* Fructificationem; Plantæ enim eſt producere vel *Herbam* folioſam, vel etiam *Fructificationem*.

FOLIUM genuinum ſemper in ſinu fovet Rami multiplicantis principium, ſive actu, ſive potentia tale; cumque Folium ſit natum ob hujus cauſſam, nec viciſſim, nequit exiſtere Folium, niſi hoc principium perforaverit antea corticem, e quo ortum eſt, licet effectus ante ſuam cauſſam manifeſtus.

Gemma genuina eſt *Rami* futuri compendium, in quem demum explicabitur. Gemma ſemper conſtat *Squamis*, totidem Foliorum rudimentis, etiamnum (a futuro ramulo nondum elongato) approximatis. *Quumque* Folia ſine Gemma exiſtere nequeant, neceſſe eſt, ut Gemmata lateant in ſinu cujusvis ſquamæ gemmaceæ, confirmante autopſia, adeoque nequit omnis Gemma aliud eſſe, quam corpus a foliis & gemmulis compoſitum. Sequitur itaque, ut omnis Gemma conſtet Foliis cum ſuis Gemmulis & hæ *Gemmulæ* ſimiliter ex minoribus ſquamis & gemmulis, & ſic porro usque in quintam progeniem (ut in Volvoce), nec ultra, confirmante metamorphoſi. Ergo Ramus folioſus præſentis anni, fœtus ſit ramulis omnibus per *quinquennium* prodituris, ſuccedentibus ſemper novis ad extremos apices, in defoliatorum, ad baſin, locum, ut numerus quinarius perennet. Hoc fit in *Arboribus*, ubi medulla moratur a duriori ſubſtantia lignea; in *Plantis* annuis autem, ubi minor reſiſtentia corporei laxioris verſus medullam, valet hæc brevius, absque mora gemmacea, exire in Flores; quodcunque enim valet propulſionem Medullæ augere & incluſivam vim Corporei debilitare, id promovebit floreſcentiam.

Florem dum producat Arbor, Natura anticipabit quinque annorum progenies, ſimul tum prodituras, formando e foliis gemmaceis futuri anni *Bracteas*, ſequentis *Calycem*, inſequentis *Corollam*, conſequentis *Stamina*, ſubſequentis *Piſtillum*, refertum Medulla granulata *Seminum*, termino vitæ vegetantis.

25. FLORESCENTIA ſiſtit Plantarum *Sponſalia* in Flore *), & *Nuptias* in Antheſi.

Flos,

*) Sponſalia plantarum. *Amoen. acad. I. n.* 12.

FLOS, exuta Herbæ Larva, prodit Plantâ declarata, interna, nuda & perfecta instar *Insecti* alligati volitantis: *Coleoptrati* Calyce, *Alati* Corolla, constantis solis *Visceribus* Genitalibus; *Masculis* staminibus ex Antheris *Testicularibus*, repletis Polline *Genitali*, continente *Fovillam* vivificantem, & *Femineis* Pistillis e Germinis *Ovario*, terminato Stigmate *vulvifero*, tecto *Pube* tubulosa, resudante *Lympham genitalem*.

ANTHESIS peragitur, dum Antheræ ruptæ spargunt suum *Pollen* vesiculare supra *Stigma*, quo efflat hoc inclusam *Fovillam* masculam, absorbendam a *Lympha genitali* feminea resudante, ut corporeum masculum addito Femineo medullari conficiat *Ovum*, in justam maturitatem fovendum intra Ovarium.

26. PRINCIPIUM Fructificationis, Fundamentum Botanices, est altius repetendum.

PROBLEMA: Supponas D. O. O. in primordio a simplici progressum ad composita; e paucis ad plura! adeoque e primo vegetabili principio, tot tantum creasse plantas diversas, quot *Ordines Naturales*. Has ordinum plantas, IPSUM dein ita inter se generando miscuisse, ut totidem exorirentur plantæ, quot hodie distincta existunt *Genera*. Naturam dein Genericas has plantas, per generationes ambigenas (quæ structuram floris non mutant) inter se miscuisse & multiplicasse in *Species* existentes, quotquot possibiles, exclusis tamen e numero specierum, ab ejusmodi generatione productis Plantis *Hybridis*, utpote sterilibus.

GENUS itaque omne est naturale, confirmante natura, saltum non faciente.

Character ergo non conſtituat umquam genus, ſed ſedulo ſecundum Genus naturæ conficiendus eſt.

Plantæ congeneres ſunt quoad genus dignoſcendæ e planta declarata, cum generatio ambigena illibatam relinquat Fructificationem; ſed diſtinguendæ in ſpecie ſecundum Herbam a ſociis ſororibus, diverſo patre productis.

Diagnosis ſic plantæ conſiſtit in affinitate *Generis* & in diſcrimine *Speciei*.

Nomen plantæ itaque, ut utramque diagnoſin indigitet, duplex erit: *Genericum* Cognomen gentilitium.
Specificum Prænomen triviale.

Sub hoc vero *Synonyma* vaga auctorum.

Botanicus ſequendo *Claſſificationes*, per *Characteres* plantæ declaratæ ducitur ad *Genus* nominatum; per *Differentias* Larvæ ad *Speciei* appellationem; inde ad hujus *Synonyma*; ex his ad *Auctores*, exinde ad *omnia*, quæ de objecto quæſtionis, ſeculi beneficio, ad nos pervenere. Sic dicat ipſa planta ſuum Nomen, ſuamque Hiſtoriam in tanta multitudine ſpecierum, imo individuorum; hoc finis Botanices primus, ſeculi noſtri inventum, in quo perficiendo deſudabunt omnes Botanici veri.

27. BOTANICUS *verus* deſudabit in augendo amabilem Scientiam:

Descriptiones Fundamentales conficiat verbis characteriſticis, Plantarum imprimis obſcuriorum, rariorum novarumque ad normam Delineationis plantæ, quales *Filius*, & cl. *Schreberus in Decuriis.*

Figuras, ſi poterit, addat, quæ repræſentent Plantam perfectam, quales dedere *Vaillant*, *Dillenius*, *Ehret*, *Jacquin*, *Trew*, *Schmiedel &c.*

Differentias ſpecificas eruat compendioſas propriiſſimasque.

Synonyma auctorum conquirat, inprimis ſelectiora; *uti Hallerus.*

Genus

GENUS naturale femper Speciei præfigat, & ubi novum, *Charactere* naturali definiat ex omnium partium fructificationis fitu, figura, numero, proportione.

SPECIES vagas novasque ad certa genera referat, uti *Tournefort*, *Plumier*, *Browne*, *Jacquin*.

ORDINEM naturalem, ubi patet, indigitet.

STATIONES cujusvis plantæ notet, ideoque plures *Floras*, ubi licet, producat, inprimis *Auftrales* & *Exoticas*.

PROPRIETATES obfervet, quales *Duratio*, *Seminatio*, *Gemmatio*, *Vernatio*, *Æftivatio*, *Nuptiæ*, *Frondefcentia*, *Calendarium*, *Horologium*, *Somnus*, *Qualitates*.

USUS addat; quales ufus *Naturæ* (Panis Pandoræque), *Medicus*, *Oeconomicus* &c. & quæcunque in his cedant inprimis in gloriam Auctoris & in commodum generis Humani, ut pofteri demum obambulent in ferena luce.

BOTANOPHILI Fallaces, Ephebi, Hirquitallientes:

Leges Artis proclamant, antequam Naturales didicerint.
Abfonos extollunt, Præftantiores rodunt zelo ftomachofo.
Compilant furtim aliena, propria vix detegunt.
Grano eruditionis reperto ftentorii ebuccinant.
Methodum naturalem fibi notam crepant.
Genera arbitraria effe afleverant.

Dedifti mihi DOMINE *artem*,
meam mercedem,
& in illa laudabo nomen Tuum.
DAVID.



Termi-

Terminorum hîc obviorum, quibus dein locus idoneus non erat, Definitiones.

Vasa canales ſuccis per eos promovendis repleti, plerumque recti.

Tracheæ canales ſpirales aeri recipiendo & diſtribuendo nati.

Utriculi ſacculi pulpa ut plurimum viridi pleni, Vaſorum interſtitia explentes.

Cfr. de his Jo. Henr. Dan. Moldenhawer de Vaſis plantarum Radicem & Herbam præcipue adeuntibus Diſſ. Frfti ad Viadrum 1779. 4to.

Epidermis tunica exterior plantæ ſicca tenuiſſima.

Cortex ſecundum integumentum plantæ, laminoſum, laxum, ſiccum, durius, ſæpe rimoſum.

Liber tegmentum tertium membranaceum ſuccidum flexile.

Alburnum intermedia ſubſtantia libri & ligni.

Lignum liber præcedentis anni nunc exſuccus, induratus, agglutinatus.

Medulla ſubſtantia intima veſiculoſa, internumve parietem trunci cavi obducens.



Erklä-



Erklärung der Kunſtwörter, die hier vorkommen, im Folgenden aber keinen ſchicklichen Platz fanden.

Gefäſſe, Röhren mit Säften angefüllt, die in ihnen fortgetrieben werden, gewöhnlich von gerader Richtung.

Luftgefäſſe, ſchneckenförmige Röhren, zum Aufnehmen und Vertheilen der Luft beſtimmt.

Schläuchlein, kleine Beutel, mit einem gemeiniglich grünen dicken Saft gefüllt, die die Zwiſchenräume der Gefäſse ausfüllen.

S. Jo. Heinr. Dan. Moldenhawer &c.

Oberhäutchen, der ſehr dünne äuſſre trockne Ueberzug der Pflanze.

Rinde, die zweyte Bedeckung der Pflanze beſteht aus locker liegenden trocknen harten Lagen, iſt oft geborſten.

Baſt, die dritte Bedeckung, iſt hautartig, ſaftig, biegſam.

Splint, die mittlere Subſtanz zwiſchen Baſt und Holz.

Holz, der nun ſaftloſe verhärtete angewachſene Baſt des vorigen Jahrs.

Mark, die innerſte blaſige Subſtanz, die in hohlen Stämmen die innere Wand überzieht.



DELI-

DELINEATIO PLANTÆ.

I. *THEORIA.*

GENUS

Nomen *ſelectiſſimum.*
Character naturalis, eſſentialis, artificialis.
Claſſis Ordoque *Syſtematis præſtantiſſimi.*
Ordo naturalis *demonſtrandus.*

SPECIES

Nomen *triviale.*
Differentia ſpecifica *demonſtranda:*
certiſſima, breviſſima.
Synonyma ex Deſcriptione ſeu Figura ſelecta;
vernacula.

CRITICA

Etymologia nominis generici, ſpecifici.
Inventor cum tempore.
Eruditio Hiſtorica, Critica, Antiqua.

II. *DESCRIPTIO.*

RADIX. Organon nutriens plantam.

DURATIONE

1. *annua* intra annum emoritura.
2. *biennis* altero anno florens & dein peritura.
3. *perennis* per plurimos annos regerminans.

FIGURA

4. a. *fibrōſa* tota conſtans filamentis.
5. *ramōſa* in fibras ſubdiviſa.
6. *fuſiformis* ſimpliciuſcula attenuata.
7. *præmorſa* apice quaſi truncata.
8. b. *repens* longe excurrens hinc inde germinans.
9. *articulāta* geniculis intercepta.
10. *dentāta* moniliformis ex articulis concatenatis.
11. c. *globōſa* ſubrotunda (162) radiculis lateralibus.
12. *tuberōſa* e partibus carnoſis filo baſi connexis.
13. *faſciculāris* e partibus carnoſis baſi ſeſſili (154) connexis.
14. *palmāta* carnoſa lobata. (190)
15. d. *bulbōſa* radix bulbo (598) inſtructa.
16. *granulāta* particulis carnoſis adſperſa.
17. *tunicāta*, tunica extra tunicas conſtans. *cfr* 599.
18. *ſolĭda* non conſtans e laminis ſibi invicem impoſitis.
19. *ſquamōſa* conſtans ſquamis imbricatis.

SUBSTANTIA

20. *bulbus* v. ~~598~~. 601.
21. *tuber* ſolidus particulis indiſcretis.

23. *fibra*,

II. *Beſchreibung.*

WURZEL, nährender Theil der Pflanze,

nach der Dauer

1. *jährig*, ſtirbt innerhalb eines Jahres ab.
2. *zweyjährig*, bringt im zweyten Blüte und ſtirbt ab.
3. *bleibend*, ſchlägt viele Jahre lang wieder aus.

nach der Geſtalt

4. a. *zaſerig*, beſteht gänzlich aus (gleichdicken) Faſern.
5. *äſtig*, theilt ſich in kleinere Faſern.
6. *ſpindelförmig*, faſt einfach, zugeſpitzt.
7. *abgebiſſen*, an der Spitze wie abgeſtumpft.
8. b. *kriechend*, weitauslaufend und hin und wieder ſproſſend.
9. *gegliedert*, durch Knoten abgetheilt.
10. *gezahnt*, ſchnurartig aus zuſammengeketteten Gliedern.
11. c. *kugelig*, faſt rund mit Seitenwurzeln.
12. *knollig*, beſteht aus fleiſchigen Theilen, unten mit einem Faden verbunden.
13. *bündelförmig*, aus fleiſchigen Theilen ohne Faden verbunden.
14. *handförmig*, fleiſchig in Lappen getheilt.
15. d. *zwieblig*, Wurzel mit einer Zwiebel. (598)
16. *körnig*, mit fleiſchigen Theilchen beſetzt.
17. *eingehüllt*, eine Haut ſitzt lagenweiſe um die andre. ſ. 599.
18. *dicht*, hat nicht in einander gerollte Lagen.
19. *ſchuppig*, die von dachförmig liegenden Schuppen bedeckt iſt.

nach der Subſtanz

20. *Zwiebel* (~~598~~). (601.)
21. *Knolle*, iſt dichte, deſſen Theile ſich nicht unterſcheiden laſſen.

22. *fibra* canalis longitudinalis humidum terræ ſugens.
23. *fibrilla*, capillaris, ramulus prioris.

TRUNCUS. Organon multiplicans plantam.

SPECIE

24. *caudex* arboribus, ut
25. *culmus* graminibus proprius.
26. *caulis* truncus elevans & fructificationem & folia.
27. *ſcapus* truncus elevans fructificationem nec folia.
28. *ſtipes* truncus in folia tranſiens.

DURATIONE

29. *herbacĕus* etiamnum annuus non lignoſus.
30. *ſuffruticōſus* baſi permanens, ramis quotannis marceſcentibus.
31. *fruticōſus* perennis cum caudicibus pluribus.
32. *arborĕus* perennis caudice ſimplici.

SUBSTANTIA

32.* *solĭdus* interne farctus.
33. *inānis* interne medulla ſpongioſus.
34. *fiſtulōſus* interne tubuloſus.

MENSURA

35. a. (proportio, ad folia reliquasque partes.)
36. b. *craſſities* ex ſimili notiſſimo.

DIRECTIONE

37. a. *erectus* fere ad perpendiculum ſe attollens.
38. *ſtrictus* omnino perpendicularis absque flexura.
39. *rigĭdus* flexionis impatiens.
40. *ſcandens* alta petens, aliis ſuſtinendus.

22. *Faſer*, Röhre, die längs geht und die Feuchtigkeit aus der Erde zieht.

23. *Zäſerchen*, haardünn, ein Zweig der Faſer.

STAMM, vermehrender Theil der Pflanze.

nach der Art

24. *Stamm* (im engern Sinn) bey den Bäumen, wie
25. *Halm* bey den Gräſern.
26. *Stengel* trägt Blüten und Blätter.
27. *Schaft* trägt Blüten, nicht Blätter.
28. *Stiel*, der Stamm geht in Blätter über.

nach der Dauer

29. *krautartig*, iſt nur Jahrs alt, noch nicht holzig.
30. *ſtaudig*, der untere Theil bleibend mit jährlich abſterbenden Zweigen.
31. *ſtrauchig*, bleibend mit mehrern Stämmchen.
32. *baumig*, bleibend mit einem Stamm.

nach der Beſchaffenheit

32.* *feſt*, inwendig voll.
33. *locker*, inwendig ſchwammig von Mark.
34. *röhrig*, inwendig hohl.

nach der Maaſze

35. a. (Verhältniſz zu den Blättern und übrigen Theilen.)
36. b. *Dicke*, nach der bekannteſten Vergleichung.

nach der Richtung

37. a. *aufrecht*, hebt ſich meiſt gerade in die Höhe.
38. *ſtarrend*, ganz gerade ohne Biegung.
39. *ſpröde*, bricht beym Biegen.
40. *kletternd*, ſteigt (gerade aufwärts) an andern in die Höhe.

41. *volubilis* ſpiraliter adſcendens per alia corpora.
dextrorſum *) (contra Solem) a dextra ad ſiniſtram.
ſiniſtrorſum (cum Sole) a ſiniſtra ad dextram.

42. *repens* terræ incumbens radiculasque agens.

43. α. *laxus* libere in arcum flexibilis.

44. *obliquus* a perpendiculari horizontalive linea diſcedens.

45. *adſcendens* arcuatim ſurſum verſus.

46. β. *declinatus* arcuatim deſcendens.

47. *incurvatus* introrſum nutans.
reclinatus v. 141.

48. *nutans* apice extrorſum reflexus.

49. γ. *diffuſus* ramulis patentibus.

50. *procumbens* debilis terræ innitens.

51. *ſtoloniferus* turiones ad radicem edens.

52. b. *ſarmentoſus* filiformis geniculis radicantibus.

53. *radicans* altis ſe affigens radiculis lateralibus.

54. c. *geniculatus* internodiis interceptus.

55. *flexuoſus* a gemma ad gemmam horſum vorſum actus.

FIGURA.

56. a. *teres* angulis deſtitutus.

57. *ſemiteres* hinc planus, inde teretiuſculus.

58. *compreſſus* duobus lateribus oppoſitis planis.

59. *anceps* angulis duobus oppoſitis acutiuſculus.

60. 3-10-*angulatus* pluribus quam duobus angulis cavis longitudinaliter excavatus.

41.

*) Ut hæc recte intelligantur, ſtes oportet facie ad Auſtrum verſa, tunc Oriens a ſiniſtra erit. Ergo planta a ſiniſtra, i. e. ab Oriente, per Meridiem ad Occaſum ſe volvet.

41. *windend*, steigt schneckenförmig um jeden Körper
von der *rechten* zur linken *), (gegen die Sonne)
von der *linken* zur rechten Hand (mit der Sonne).
42. *kriechend*, liegt auf der Erde und wurzelt.
43. α. *schlaff*, läszt sich ungehindert krümmen.
44. *schief*, weicht entweder von der senkrechten oder wagerechten Richtung ab.
45. *aufsteigend*, geht bogenförmig aufwärts.
46. β. *niedergebogen*, geht bogenförmig unterwärts.
47. *eingebogen*, hängt nach der innern Seite.
48. *überhängend*, die Spitze ist auswärts gebogen.
49. γ. *weitschweifig*, mit abstehenden Aesten.
50. *gestreckt*, schwach, auf der Erde liegend.
51. *auslaufend*, mit Sprossen an der Wurzel.
52. b. *rankig*, fadenförmig mit wurzelnden Knoten.
53. *wurzelnd*, dringt mit Seitenwurzeln tief ein.
54. c. *knieförmig*, durch Knoten abgetheilt (und eingebogen.)
55. *gebogen*, schieszt von Auge zu Auge hin und her (stumpfwinklig.)

nach der Gestalt

56. a. *rund*, ohne Winkel.
57. *halbrund*, an einer Seite platt, an der andern rundlich.
58. *zusammengedrückt*, an zwey entgegengesetzten Seiten flach.
59. *zweyschneidig*, an zwey entgegengesetzten Winkeln scharf.
60. 3-10 *winklig*, mit mehr als zwey Winkeln längs herab vertieft.

*) Um dis richtig zu verstehen, musz man sich mit dem Gesicht gegen Süden stellen, so ist Morgen zur linken. Die Pflanze schlingt sich also von der linken, das ist, vom Aufgang durch Mittag nach dem Niedergang oder Abend.

61. *acutangŭlus* } figura angulorum.
62. *obtuſangŭlus* }

63. b. 3-6*gonus* &c. angulis tribus prominentibus longitudinalibus.

64. 3-5*quĕter* lateribus tribus-quinque exacte planis.

VESTITU.

65. a. *nudus* qui foliis fulcris & armis caret.
66. *aphyllus* foliis deſtitutus.
67. *foliātus* foliis inſtructus.
68. b. *vaginātus* foliorum vaginis cinctus.
69. *ſquamōſus* ſquamis adſperſus.
70. *imbricātus* tectus, ut nudus non appareat.

SUPERFICIE.

71. a. *ſuberōſus* *) cortice exteriore molliore, ſed elaſtico indutus.
72. *rimōſus* cortĭce exteriore fiſſuras ſponte agens.
72.* *tunicātus* membranis veſtitus.
73. b. *lævis* ſuperficie æquali.
74. *ſtriātus* lineis tenuiſſimis excavatis inſcriptus.
75. *ſulcātus* lineis profundis exaratus.
76. c. α. *glaber* ſuperficie lubrica.
77. *ſcaber* ſ. *aſper* punctis eminentibus rigidiuſculis exaſperatus.
78. *muricātus* punctis ſubulatis adſperſus.
79. *cicatriſātus*, reliquiis foliorum deciduorum notatus. *viſcĭdus* (242).

61.

*) Aliud eſt ſub-eroſus, v. 204. quæ æquivocatio in idiomate germanico locum non habet.

61. *ſcharf-* } *winklig*, nach ihrer Geſtalt.
62. *ſtumpf-* }

63. b. *dreyeckig*, 4-5 &c. eckig, mit 3. 4. 5. &c. Winkeln längs herab vorſtehend.

64. *dreyſchneidig*, drey ganz flache Seiten.

nach der Bekleidung

65. a. *nackt*, hat weder Blätter, noch Stützen, noch Waffen.

66. *blattlos*, ohne Blätter (zuweilen haarig).

67. *blättrig*, mit Blättern verſehen.

68. b. *eingeſcheidet*, mit den Blattſcheiden eingefaſzt.

69. *ſchuppig*, mit ſchuppigen Blättern.

70. *dachförmig*, mit auf einander liegenden Blättern, daſz man den Stengel nicht davor ſieht.

nach der Oberfläche

71 a. *korkartig*, mit einer weichen federhaften Rinde auswendig bedeckt.

72. *ritzig*, die äuſſere Rinde macht von ſelbſt Spalten.

72.* *eingehüllt*, mit Häuten überzogen.

73. b. *eben*, mit gleicher Oberfläche.

74. *geſtreift*, mit ſehr fein ausgehöhlten Strichen.

75. *gefurcht*, mit tief ausgehöhlten Strichen.

76. c. α. *glatt*, mit fetter Oberfläche.

77. *rauh*, von hervorragenden ſtarren Punčten ſcharf.

78. *zackig*, mit weichen Spitzen beſetzt

79. *vernarbt*, mit den Ueberbleibſeln der abgefallnen Blätter bezeichnet.

klebrig, (242).

80. β. *tomentōſus* villis intertextis nec diſcernendis obductus.

81. *villōſus* tectus pilis mollibus.

82. *hiſpĭdus* ſetis rigidis adſperſus.

83. γ. *aculeātus* aculeis armatus. (v. 352 & 357).

84. *ſpinōſus* ſpinis armatus.

85. *urens* ſtimulis adſperſus.

86. d. *ſtipulātus* ſtipulis notatus.

87. *membranātus* complanatus more folii.

88. *bulbifĕrus* bulbos gerens.

COMPOSITIONE

89. a. *enōdis* continuus absque articulis.

90. *ſimpliciſſimus* ramis vix ullis.

91. *ſimplex* continua ſerie verſus apicem extenſus.

92. *intĕger* ſimpliciſſimus ramis anguſtatis.

b. *articulātus* (9) internodiis geniculatus.

93. *prolĭfer* ex apicis centro tantum emittens ramos.

94. *dichotŏmus* ſ. *bifĭdus* bifariam ſemper diviſus.

95. *brachiātus* ramis decuſſatim oppoſitis.

96. c. *ſubramōſus* ramis pauciſſimis lateralibus.

97. *ramōſus* ramis pluribus lateralibus.

98. *ramoſiſſimus* ramis multis absque ordine cumulatus.

99. d. *virgātus* ramuſculis debilibus inæqualibus.

100. *paniculātus* ramis varie ſubdiviſis.

101. *faſtigiātus* ramis æqualis altitudinis.

102. e. *patens* ad angulum acutum cauli inſidens.

103. *divaricātus* ad angulum obtuſum a trunco diſcedens.

82.

80. β. *filzig*, mit in einander gewebten, nicht zu unterscheidenden Haaren bedeckt.
81. *zottig*, mit weichen (abgesonderten) Haaren.
82. *steifborstig*, mit starren Borsten besetzt.
83. γ. *dornig*, mit Dornen bewaffnet.
84. *stachlig*, mit Stacheln bewaffnet.
85. *brennend*, mit stechenden Spitzen besetzt.
86. d. *mit Blattansätzen.*
87. *häutig*, zusammengedrückt, wie die Blätter.
88. *zwiebeltragend.*

nach der Zusammensetzung

89. a. *knotenlos*, geht ohne Absatz in einem fort.
90. *ganz einfach*, fast ohne alle Zweige.
91. *einfach*, streckt sich in einem fort bis zur Spitze.
92. *ganz*, ganz einfach mit zugespitzten Zweigen.
b. *gegliedert* (9).
93. *sprossend*, treibt nur aus dem Mittelpunct Zweige.
94. *zweytheilig*, allemal nach beyden Seiten getheilt.
95. *armförmig*, die entgegengesetzten Zweige kreuzen sich paarweise.
96. c. *etwas ästig*, mit wenigen Seitenzweigen.
97. *ästig*, mit mehrern Seitenzweigen.
98. *sehr ästig*, mit sehr vielen Seitenzweigen ohne Ordnung.
99. d. *ruthenartig*, mit schwachen ungleichen Zweigen.
100. *büschelförmig*, die Zweige verschieden getheilt,
101. *gleich hoch*, die Zweige gleich von Höhe.
102. e. *abstehend*, mit einem spitzen Winkel } abgehend.
103. *ausgesperrt*, mit einem stumpfen Winkel }

RAMIS

a. STRUCTURA CAULIS, FRONDIS.

b. SITU.

α. ad horizontem

104. *alternis* per gradis circum ramum exortis.

105. *distichis* duo latera rami respicientibus, licet undique insertis.

106. *sparsis* absque certo ordine constitutis.

107. *confertis* plurima totum fere caulem occultantibus.

108. *oppositis* per paria decussatim collocatis.

109. *verticillatis* pluribus truncum ad genicula circumdantibus.

β. ad perpendiculum

110. *erectis* fere ad perpendiculum constitutis.

111. *coarctatis* versus summitatem fere incumbentibus.

112. *divergentibus* a trunco an angulum rectum discedentibus.

divaricatis (103.)

113. *deflexis* in arcum deorsum inclinatis.

114. *reflexis* perpendiculariter dependentibus.

115. *retroflexis* horsum vorsum divaricatis.

116. *fulcratis* fulcris instructis.

Surculi Muscorum ramuli.

c. ALTITUDINE.

117. *caulis.*

118. *longis.* } (proportione ad truncum.)

119. *brevibus,* }

120. *patentibus* (102.)

DIE

DIE ZWEIGE

a. nach dem Baue des Stamms und Laubes

b. nach der Stellung

α. nach der Wage.

104. *abwechfelnd*, Stufenweife um den Stamm.

105. *zweyzeilig*, ftehen nach zwey Seiten des Stammes hin, obgleich in jeder Stellung entftanden.

106. *zerftreut*, ohne gewiffe Ordnung geftellt.

107. *dicht*, die faft den ganzen Stamm bedecken.

108. *gegenüberftehend*, kreuzen fich paarweife.

109. *quirlförmig*, fitzen rings um den Stamm an den Knoten.

β. nach dem Loth

110. *aufrecht*, ftehen faft fenkrecht.

111. *zufammengefchnürt*, gegen den Gipfel beynahe anliegend.

112. *ausgebreitet*, gehen vom Stamm mit einem rechten Winkel.

ausgefperrt, (103.)

113. *abgebogen*, herunterwärts hängend in einem Bogen.

114. *niedergebogen*, fenkrecht herabhangend.

115. *zurückgebogen*, hin und her ausgefperret.

116. *geftützt*, mit Stützen verfehn.

Ranken heifzen die Zweiglein der Moofze.

c. nach der Höhe

117. *mit dem Stamme gleich.*

118. *lang*, } nach dem Verhältniffe zum Stamm.
119. *kurz*, }

120. *abftehend* (102.)

FOLIA.

FOLIA Organa motus plantæ.

DETERMINATIONE

LOCO

121. a. *radicāle* radīci inſidens.
122. *caulīna* cauli inſerta.
123. *ramĕa* ramis inſidentia.
124. b. *axillaria* ſub rami baſi inſerta.
125. *floralia* flori proxima.

NUMĔRO

126. *unicum*, *duo*, *tria*.
127. *pauca*.
128. *plurĭma*.

SITU

a. *altèrna* (104). *diſtĭcha* (105).
129. *biſaria* *) ad latera rami oppoſita tantum enata. *ſparſa* (107). *conferta* (108). *imbricāta* (70).
130. *faſciculāta* plura ex eodem puncto prodeuntia.
131. *bina*, *terna*, *quaterna*, *quīna* &c. de numero ad genicula ramorum.
132. *confluentia* ad baſin inter ſe cohærentia.
